
Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXXIII
D
16
NAPOLI

Digitized by Google

XXXIII
D
15

Digitized by Google


PER VNIVERSVM VICTORIÆ TVÆ
VNIVERSA
ASTROSOPHIA
NATVRALIS.
Varijs, et hucusq; nunquam editis experimentis comprobata: et ab argumentis quamplurimis á falsitate in contrarium deductis; rationibus, ac auctoritatibus vindicata.
IN TRES DIVISA LIBROS.
Auctore
ANTONIO FRANCISCO
DE BONATTIS
I.V.D. PATAVINO.
Patauij. apud Petrum Mariam Frambottum, 1687.
FACTA A' SVPERIORIBVS
POTESTATE.
CONTEMPLATIONE, ET IVDICIO.
RATIONE ET EXPERIMENTO
NAPOLI

Digitized by Google

VNIVERSA ASTROSOPHIA NATVRALIS.

Varijs & hucuſque nunquam editis experimentis comprobata: & ab argumentis quamplurimis à falſitate in contrarium deductis, rationibus, ac auctoritatibus vindicata.

IN TRES DIVISA LIBROS.

MAIESTATI

REIPVBLICÆ VENETÆ,

MARCO ANTONIO IVSTINIANO

SERENISSIMO PRINCIPI,

AVGVSTISSIMIS PATRIBVS;

AB AVCTORE

ANTONIO FRANCISCO DE BONATTIS

I.V.D. PATAVINO

humiliter dicata.

NAPOLI

PATAVII, MDCLXXXVII.

Sumptibus Petri Mariæ Frambotti Bibliopolæ.

Facta à Superioribus poteſtate.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAIESTATI

REIPVBLICÆ VENETÆ,

MARCO ANTONIO IVSTINIANO

SERENISSIMO PRINCIPI,

AVGVSTISSIMIS PATRIBVS

feliciter regnare.

TAndem meis optatiſſima votis illa dies illuxit (MAIESTAS AMPLISSIMA, SERENISSIME PRINCEPS, PATRES SAPIENTISSIMI) qua mea, quæ impatienter vobis animo voueram, qualiacunque ſint, ingenij mei primordia, inuictiſſimo veſtro tutelari Genio ſubmiſsè dicare deſiderabam. Hùc me non ſolum impulerat, debitum potenti veſtræ Reipublicæ à ſubdito inter omnes humillimo, obſequium, ſed illam etiam infractam natiuitate fidem aliquo reuerenti ſpecimine, ſignificandi vobis cupiditas. Porrò cuncta quæ ſcripſi de Syderum influxibus, his mihi fauſtiſſimis irradiantibus, ſupplex Solio MAIESTATIS VESTRÆ humiliter depono; vt ſic

Digitized by Google

ad SERENISSIMI PRINCIPIS Aram mei vota honoris perſoluam. Precor igitur generoſitatem veſtram, à ſeculis humaniſſimè aſſuetam, vt meam hanc oblatiunculam in Regium veſtrum Patrocinium benignè recipiatis; quod hoc erit firmum contra Cœlorum hoſtes præſidium. Sic ergo tanta fretus defenſione, tamque firma fortitudine auctus, imperterritè incedam. Atque equidem, ſi hoc preſtabitis, PLACIDISSIMI SENATORES, nulla mihi felicior ſors pertingere poterit, quam prò tutela Sydetum glorioſiſſimam, inter tot Europæ Dominationes, VENETORVM Potentiam ſeligere. Illam dico, cuius inmirificis primordijs prodigioſa incrementa Orbis obſtupuit. Vos inquam, quorum Heroes vetuſtiſſimi, Religionis ſtudioſiſſimi, verique regiminis cupidi, ad arcendos barbarorum incurſus, euertendaſque finitimorum moleſtias, ab illuſtribus Penatibus profugi, inito inter vos fœdere, cœtùque prudentiſſimo ſtabilito, AVGVSTISSIMÆ CIVITATIS fundamenta ieciſtis; quiquidem cum libertatem nulla vi labilem, ſanctiſſimæ aſſociaueritis Fidei nunquam eritis interituri. Nec fallor. Floruere iam, & Athenienſis, Africana, Romana, aliæque nobiliſſimæ Reſpublicæ, quæ litteris, armis ad apicem gloriæ peruenere; at omnes vno eodemque interitù antiquarunt. Sola inter Regnorum cadauera ſtat glorioſior auctoritas Veneta: quæ non ſurrexit, vt caderet, ſed in ſenio ipſo tutior viget, diùque vigebit. Oh feliciſſimos Ciues, qui longæuo Dominij tempore, inter varias fortunæ vices, inter plurimos Vrbium caſus, nullo vos labiles euentù conſeruaſtis; ſed quid vlterius? nullatenus referre poſſem, quæ prò firmando hoc veſtro regimine, & pati, & agere potuiſtis. Quid memorem potentiſſimos hoſtes, qui ab incunabulis experti fuiſtis, quorum potentiam inaudita fortitudine, ad extremum redacti, repreſſiſtis,

preſſiſtis, ac profligaſtis; quin & ingenti gloria, inter duo tunc temporis Imperia, triumphaſtis; inde inuictiſſimi reſurgentes, ſemper vna Fide conſtantes, vires veſtras vndequaque quaſi lucis radios expanſiſtis. Quid afferam ſubiectas Ciuitates, debellatas Prouincias, ſugatos milites, cæſos exercitus? quid vlterius dicam? Imperia ipſa, quæ aperto Marte ſubegiſtis, aliquando profuſa liberalitate donaſtis: multæque Gentes audito formidabili veſtro nomine, ſpontaneo quodam volatu ſub Ditione veſtra iuſtiſſima, ſe ſupplices receperunt. Vos pij, Vos fortes prædicat Orbis; quod non ſemel Summum Antiſtitem à faucibus potentiſſimi hoſtis eripuiſtis, ſinuque veſtro fouiſtis; adeo quod vnico glorioſo certamine omnes inimicorum vires peſſundaſtis: tantaque victoria parta, ad ſacros pedes deuicti Principes humiles procubuerint, veniamque exorarint. Hinc vos de Deo, & hominibus benemeriti, Regios Titulos, ſpecioſiſſimas dignitates, iuridicumque Adriatici Imperium obtinuiſtis, ac poteſtas veſtra aucta fuit. Per vos ſtat decus Italiæ, cuius ſæpiſſimè libertatem, non ſolum armis, & robore, ſed conſilio quoque, & induſtria (quibus virtutibus omnes præcellitis) iam corruentem ſeruaſtis. Nil mirum igitur, ſi ex tanta veſtræ Reipublicæ ſapientia, timendoque Imperio, in aliorum Principum animis, inuidia, ambitioque quandoque ortæ fuerint: & hinc horrendus vndique Gerion in exitium conſpirauerit. Nil attamen timuiſtis, LEOQVE veſter generoſiſſimus excuſſa tantum forti cæſarie, vibratoque in hoſtes minaci lumine, timendo ſemper triumphauit rugitu. Aſt verò hæc vna non fuit Reipublicæ gloria: neque mea rudis lingua, parvuſque codex cuncta quæ geſſit comprehendere poteſt; eloquentia ipſa in tot illuſtriora ſe deperdit facta; neque innumeras per tot terrarum Orbem victrices palmas prò Fide, pro Principibus partas, enumera-

re

re valet. Verum enim verò affirmare poſſum de omnibus fermè nationibus SERENISSIMVM HVNC LEONEM victorias retuliſſe. Porrò illud, quod magis, PATRES CONSCRIPTI, vos exornat, magnamque fortitudinis æſtimationem gignit, profectò eſt, immanis crudeliſſimique Tyranni prodigioſa vicinitas. Iam vaſtiſsimum totius Orientis Imperium, cum tot Aſiæ, Græciæque Principibus depreſsit, ac extinxit. Iam Pannoniæ, Boſsinæ, Daciæque fortiſsimi Reges ex ſuis ſedibus deturbauit populoſve deſtruxit: ac non ſemel (proh Dij immortales!) Italiæ fines vaſtauit, Romaque illa magna Ciuitas formidine tremuit, noſtroque æuo Auguſtiſsimum Cæſaris Thronum, totius Aſiæ, Europæque gentibus vallauit, ac penè vſque ad internecionem compreſsit; ita vt à ſola Diuina potentia Reſpublica Chriſtiana ſeruata, defenſaque ſit; *vt inde quantum fuerit depreſſa, tantum maiori vi triumphis dilatetur.* Tù ergo ſola SERENISSIMA ADRIATICI VIRGO, Turcicam poteſtatem clariſsimis victorijs eneruaſti; quamobrem ſi aliquando Regna à præpotenti barbarorum vi è tuo ſinù erepta fuere, ea non amiſiſti, niſi prius hoſtium profluenti ſanguine in pretium ſoluto: vt inauditum miraculum fuerit, te ſolam per tot annos grauiſsimum bellum in Creta geſsiſſe. Et quid vlterius agere poteras? Modo verò cunctis obſtupeſcentibus paruo temporis ſpatio impauidè, ſed iuſtè, bellum indixiſti, Claſſem ſoluiſti innumeras victorias, ac præſertim de Peloponeſo tibi cumulaſti, & Reges enixè iuuaſti. Quid plura? niſi quod altera vice (maiori tamen gloria), quis à te Imperium Conſtantinopolitanum debellaturum expectet? vt inde repetita liberalitate, iterum dones? Atque vtinam hoc citò vobis (PATRES SAPIENTISSIMI) contingat; vt reſtituta iterum ad priſtinum ſui ſplendorem, quæ iacet inter barbaros Monarchia,

poſſitis

Digitized by Google

poſsitis tandem, vt meruiſtis omnes Reges, omneſq; Principes eluceſſere: & inde latiori Dominio diſciplinas colligere, quæ ſub veſtro litterario Aſylo ſemper floruere. Me interim ſi loquentem gratioſè audiatis, humilis hæc animi vota ſuſcipite, nolite in magnitudine ſpiritus offerentis tenuitatem muneris ſpernere, & benigno humanitatis ſpecimine animam veſtri cupidam, ad maiores auſus euehite. Valete: & hanc veſtram SERENISSIMAM REMPVBLICAM, DEVS OPTIMVS MAXIMVS inuictam in æternum ſeruet.

Datum Patau ij die V. Menſis Ianuarij An. M. DC. LXXXVII.

Veſter humillimus Deuotiſs. Obſequentiſs; Subditus, & Seruus.

Antonius Franciſcus de Bonattis.

PRÆFA:

PRÆFATIO
AD INGENVVM LECTOREM.

ASTROSOPHIAM NATVRALEM, *ſcientiam vnicam eſſe nobiliſſimam, atque ampliſſimam, nunquam à mea mente receſſit* (Lector honeſtiſsime;) *immo cum prò obiecto vniuerſam Mundi alterationem contemplatione amplectatur, omnibus alijs facultatibus precellere nulli reuocatur in dubium. Ad hanc enim meritò, vſque à prima ætate propenſus, aſſiduitate animi, blandiente ſingulari Genio, eam quam libentiſſimè ſemper ſum inſecutus. At ſanè fateor, cum in tot errorum obſcuritatibus, ac ſuperſtitionum vmbraculis, aliquis veritatis radius vix apparuerit, ferè totam Artem vel falſam, vel impoſſibilem haud ſemel cenſueram. Quamobrem difficultatibus vndequaque aggredientibus, rem tamquam vanam deſerere quam ſæpius decreui. Nam cum inſanam apud homines prognoſticandi curioſitatem, ne dicam luxuriem, agnouiſſem, ſcientiamque ab ineptiſſimis principijs deductam, magis ad impietatem, quam ad veritatis cognoſcendæ deſiderium (quod Deus hominibus liberum elargitus eſt) vergere probaſſem; in tali dubitationis ambage adeo mens mea immerſa fuit, vt plus confuſionis, quam ſpei aliquam veritatem concipiendi elucratus fuerim. Tandem oculis ad Cœlum ſublatis maximam Supremi Numinis catenam ex ima, ac Superiori cernens, Naturæ, venerabili admiratione excuſſus, immutabilem illum ordinem cauſarum, Prouidentia Diuina connexum, per ſumma cum infimis, & per infima cum ſummis, mirabiliter conſtitutum percepi. Quare cum nullus certiſſimè enaſcatur effectus, quin ſuam præcedere cauſam, manifeſtò deprehendatur: hinc mutationes omnes, quæ in his inferioribus accidunt, à ſuperiorum corporum influentijs, ac latione, iugiter prouenire edoctus ſum. Præterea ſi nullis ex cauſis aliquis effectus oriretur, id de nihilo principium duceret neceſſum foret; quod abſurdum, ac in natura fieri, à nullo conceſſum habitur; neque caſus poſſibilis dari poteſt à quocumque temerario motu, nullaque cauſarum connexione productus; quarè neceſſariò ſequitur affirmandum concurrere influendi virtutem in infimis, ab ineffabili Sapientia, prouenientem, quæ cuncta ſuis locis, temporibuſque diſponit. Hæc autem ſanè veritatis ra-*

tio (Lector humaniſſime) *mihi ſummam ſcientiam in his ineſſe demonſtratam præbuit; ſed adhuc modus, & præcepta latebant. Cœpi igitur omnes quos potui, huius facultatis, Auctores ſub oculis voluere, & eorum opiniones, puſillitate ingenij mei perpendere; hinc plurimas earum inueni, quæ à phyſica veritate receſſerant, aliæque diſſona experimentis apparuere. Euidens ſanè argumentum, antiquorum Sapientum diſciplinas, falſis interpretationibus, ad nos deriuaſſe, vel enigmatibus exaratas, tradidiſſe, vel demum peruerſitate hominum nobis adulteratas aduentaſſe; propterea impoſſibile videbatur, ex tot difficultatibus in diem enaſcentibus, modum illum inuenire, qui naturæ conſonus, & à veritate non diſcedens, à motibus quoque ſuperioribus (hoc noſtro æuo exactiſſimè delimatis) haud aberraſſet. Fortuna, ſed aliqua adfuit propitia, ingenio meo conſolationem afferens, non ſanè ad opes augendas, propenſa, ſed ad Clariſ. Viri D. Io: Franciſci à Confalonerijs Patritij Patauini Præceptoris mei ſemper laudatiſſimi, nobiliſſimas in hac ſcientia lucubrationes detegendas, atque elucrandas. Quæ quidem cum ſimpliciſsimæ ſint, necnon à naturali methodo deprompta ferè omnibus euentibus, ac mutationibus in naturam euenientibus exquiſitè correſpondent. At verè fateor latere nobis plurimas cauſas, quarum effectus ſolummodo ad cognitionem noſtram enaſcentes, eas tamen penitus ignoramus. Quamobrem, cum in ipſa Aſtronomia, aliqui ſtellarum motus hucuſque occulti maneant: itemque influentia, ex ipſo motu, luminéque procedant, affirmare etiam poſſumus, non omnia in hac ſcientia patefacta ſatis conſiſtere; licet aliquando tranſactis ſeculis (crediderim) omninò ſapientibus inoteſcere debuiſſe. Porrò animaduertendum eſt, ſummos Philoſophos multa præcepta huius altiſsimæ ſcientiæ inuitè adumbraſſe, arcanaque nobiliſsimarum facultatum obſcurioribus inuolucris occulta exhibuiſſe; vnde attentiori meditatione ea, quæ ſcripta ſunt conſideranda venere; & licet multa commentitia, ac falſitatibus repleta appareant: attamen ex omnium opinionibus, atque ſententijs, aliquid ad veritatem probabile, ſcientificumque ſemper decerpitur. Nos enim in examinandis aliorum præceptis, illum modum tenere conſultò decreuimus, quem optimus ſterilium agrorum cultor obſeruare conſueuit; qui ſanè diligentiſſima cura venenoſas plantas euellit, ne ſalutares lædantur. Omnia enim viridaria quanquam inculta ſint ſuos flores progerminant. At verò ne hic facilè mireris* (Lector benignilsime) *ſi ad conſtruendum maximum*

Opus,

uus, me adhuc iuvenem fatear, ac obſeruationum (ætate prohibente) haud ſufficienter ſuffultum. Nam profectò quis fallitur, ſi credat, ducentorum, vel trecentorum annorum curriculos requiri ad firmandum probabile indicium ex Aſtrorum influxibus obſeruandis. Infinita propemodum experimenta indefeſſo labore, quiſque huius ſcientiæ amator aſſequi poterit, dum aliqua annorum ſerie improba defatigatione ſe ſubmitti quam libentiſſimè patiatur. Siquidem debemus, noſtro hoc ævo, prò fundamento Aſtronomiæ quamplures obſeruationes, quas anteactis ſeculis, vſque ad præſens tempus, per accuratiſſimos Cæli inſpectores, continuato tempeſtatum ordine, annotatas extitere, ac in Tabulis ad perpetuitatem digeſtas. Nos verò, præcipuè, circa ea exempla, tempus non inſulsè contriuimus, quæ vltimum vitæ terminum ex euentibus diuerſis patefaciunt: ex quorum occaſione varia generum accidentia curioſitati hominum (quæ occurrunt) exhibuimus. Cæterum eam naturalem Cælorum ſcientiam nunc tractandam ſuſcepio; quæ animum ad Diuinitatis contemplationem ſubleuat, ac in ſummum Deum venerationem excitat. Hinc ſi quis odioſè in ea quæ ſcripſi debacchari contingat, nimium ſcilicet me virtutibus ſydereis tribuiſſe, ſciat, me tantummodo affectibus Cælorum vim ineſſe credere, quantum mortales (paſſionibus proprijs indulgentibus) illis agere concedant; per ſyderum enim actionem libertas humana nequaquàm adimi poteſt, ratio quoque nullo pacto, à ſenſibilibus, & phyſicis vllo modo vincitur; ſed neque etiam opinionibus noſtris, ſublimiores facultates temerè deſtruere paſſi fuimus, Concludamus ergo cum Boetio. Eſt igitur Summum Bonum, quod regit cuncta fortiter ſuauiterque diſponit. *Interim nil magis affectans quam diſtinctam breuitatem in dicendo, cum ipſa perſpicuitate coniunctam, omnia in ordinem illum ita diſpoſui, qui ſeriam vtilitatem ingenua delectatione delinat; quæ demum ſit mihi mens, qualeve conſilium, in decurſu ipſius Operis deteges. Vale, & veritatem fac vt diligas.*

Lib. 3. de Philoſoph conſol.

Noi Reformatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquiſitore nel Libro intitolato *Vniuerſa Aſtroſophia Naturalis*, Authore Antonio Franciſco de Bonattis non v'eſſer coſ' alcuna contro la S. Fede Catholica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo licenza à Pietro Maria Frambotto di poterlo ſtampare, Oſſeruando gl'ordini in materia di ſtampe, &c.

Dat. li 21. Maggio 1686.

(Zuanne Baſadonna Proc. Ref.
(Nicolò Venier Proc. Ref.

Gio. Battiſta Nicoloſi Segr.

VNI-

VNIVERSA ASTROSOPHIA NATVRALIS.

Varijs, & hucuſque nunquam editis experimentis comprobata.

AVCTORE

ANTONIO FRANCISCO DE BONATTIS I.V.D. PATAVINO.

LIBER PRIMVS.

CAP. I.

De ſyderum contemptoribus, eorumque certitudine in infimis agentium.

CVm pluries hæſitauerit animus meus, an opus quam maximũ de ſcientia ſyderea moliretur: dum à maiori noſtrorum tẽporum Philoſophantium parte, hoc ſtudium in deriſum repoſitum, obſeruauerim; haud ſemel idcirco manus à calamo (ne opus finem optatum conſequeretur) quamſæpè abhorruere. Porrò eo quoniam hæc magna Philoſophorum vulgarium pars, inſcitia cęleſtium principiorum præcipue laborare videbatur: vicit ea propter ſuaſio, ut illa tandem quam libentiſſime ſuſciperem onera, quæ caterua ſapentium, virorumque prudentia præditorum, ex ſententijs, ac ampliſſimis doctrinis, ratione profundiſſima, non eſt verita in medium proponere. In tantis igitur Aſtrologicæ ſcientiæ decertationibus, ac ambiguitatibus, cum nimium laborem, ſupputationumque moleſtiam reuiuiſſem, nil tamen deterrit ingenium, ſed cæpit animus, nonnulla de eiuſmodi ampliſſimæ facultatis, antiquitate, præſtantia, ratione, auctoritate, ac experimentis in unum colligere, inſuperque prò eius deffenſione, quamplura ſimul connectere, nec ad id ſuaſit (credi vellim Lector humaniſſime) ingenioli mei oſtentatio, non laudis apetitus (cum ex his parum ſperare potuerim) ſed prò ſcientificæ veritatis auiditate, utque ab adulterina damnataque diuinatione, nec non à maledicis deſertoribus, experientiæ preſidio quoad fieri potuerim ſcientiam altiſſimam vindicare prò viribus conatus ſum. Velint itaque nolint ſyderum hoſtes, inconfeſſo tamen apud ipſos erit hanc ipſam met ſcientiam maximam quidem in ſuis experimentis eſſe, ex quibus ſanè veram ut videant, ac teneant neceſſariò oportebit; ut ex dicendis probabitur.

Digitized by Google

Sed quidem obſeruatione dignum eſt, quomodo deſiderio vehementi unuſquiſque propenſione incaleſcat, ad præſcienda aliqua, quæ ſuæ vitæ contingere habeant futura, adeo ut fiat uniuerſalis recurſus, etiam apud circulatores, aliquandoue ad infames prœſtigiatores; & uno eodemque tempore, quo ad hos Ariolos accedunt, veram Aſtrologiam, ex illorum verborum fallacia deturpant, cum neſciant incauti, inſipientes, à ſapientibus dignoſcere; ſequuntur iſti vulgarem opinionem, ac deliramenta, omnes autem æqualiter dementia laborant.

Circumferuntur quotidie per vicos, & compita ab homunculis lunaria titulis facetis inſignita; in quibus vel facinus magni Regis, aut mors cuiuſdam Matronæ, ſeù Bellum graue, & ſimilia caſu, non ſtudio deprompta, ariolantur; eo tantummodo fine, ut aliquid lucri faciant, vulgumque decipiant. Sunt ergo ex his qui annuum cenſum mediantibus eiuſmodi nugis exauriant, & ſubludendi ſpecie, aſtù blebeiorum crumenas arripiant. Inſuper ſe omnes, præ manibus aſtronomicas regulas habere iactitant; cum lunationes quæ in iſtis libellis neceſſariæ ſunt, ab alio modicè inſtructo accipiant, eaſque in ſuis ridiculis temporum prognoſticis, tamquam ab eorum ingenio partæ inferant; inde fucoſis, ac ſuperuacaneis verbis circumuallant, ut omne quod caſu mens fingit abſurde ſcriptitent, & apud vulgum prò vaticinio iactitent: ſic cum euentus oppoſitè plerumque ſorciantur laus, & gloria ſimilium ſapientum, vileſcunt; ſed quod magis refert, iſtrionum nomina elucrantur; attamen licet linguæ verberibus affecti, tamquam indurati Aſini ſilent. Glocitant tantummodo in nouis Almanachis, ut ea quæ dixerint, non ex Aſtrologia (quam ignorant) ſed ludi gratia ſcripſiſſe affirment; adduntque, non ut homines credant talia, vel talia protuliſſe, ſed ut magis à fallaci ſcientia abſtineant, & auertant. Pecudes verò ſunt eiuſmodi, & tanquam brutta iactantiore balent, & hinniunt. Hi prò redarguenda aſtrologia argumenta tam futilia proferunt, ut ne quidem argumentorum nomen, vel neque contradictionis revera uſurpent. Maximum quod habent illud eſt, quod euentus prædictionibus non correſpondeant: & certè veriſſimum hoc eſt, ſi ſcientiam ignorant, quomodo de ipſa verba emittere poterunt; etenim quis legum peritus poterit ægrotos mederi, ſi medicus non fuerit; quo nam pacto fullo de philoſophia ratiocinabitur, dum nihil unquam de philoſophiæ arcanis, ne minimum quidem olfecerit? fabuloſa comenta hæc fuiſſent talia prò certis ſupponere. Sed infrà copioſè eorum argumenta diluere nequaquam pigebit, hic autem aliquid de ſcientiæ nobilitate, ac vetuſtate perſtringimus, & primo de eius antiquitate.

Quod autem hæc præſtantiſſima ſcientia vetuſtiſſima ſit, priſci eius ſcriptores clarè comprobant; primò namque Chaldæi poſt diluuium; deinde Ægyptij eam coluerunt, à quibus tales Mileſius primus inter Græcos illam edocuit, ut refert Diogenes Laertius, & Morinus eximius inter Gallos Aſtrologus late de eius antiquitate dixerit; ſimiliter Diodorus Siculus hæc habet. *Aſſerunt etiam in Babilonia Chaldæos Ægyptiorum colonos, Aſtrologiæ, ut qui eam ab Ægyptiorum Sacerdotibus acceperint, peritos eſſe*. Sed Diodorus videtur contradicere Laertio, dum ipſe teſtatur; Ægyptios à Chaldeis, non iſtos ab ipſis hanc habuiſſe facultatem; ſicut confirmat Herodotus in Euterpe; primos hominum Ægyptios annum comperiſſe, diſtinguentibus eum in duodecim temporum mentes, & reddit rationem, propter ſerenitatem perpetuam illius regionis, à vaporibus imunis, ad Aſtrorum obſeruationes validiſſimè accomodatæ. Confirmat hoc

In præfat. Aſtrolog. Gal

l. 1. c. 8.

ſ 4.

Q. Curtius cum ſcripſerit. *Chaldæos ſyderum motus, & ſtatas temporum vices oſtendere.* Sed hæc quæſtio, an qui fuerint primi inuentores parum conducit, dummodo de eius antiquitate ſatis conſtet. Nec ſanè riſum parum commouet quorundam glocitatio, ſpernentium hanc ſcientiam ampliſſimam, quam falſam pronunciant, ex hominibus præſtantioribus, nullos cultores habuiſſe. Nam vel eiuſmodi hoſtes hiſtorias haud perlegerunt, vel certè minime intellexiſſe dicendum eſt: qui verò ſcripſerunt de Perſarum Regibus, ac Orientis, ferè omnes eos ſapientes fuiſſe ſeù magos, hiſtoriæ tradunt; veluti illi tres fuere, qui ex ſtella viſa in Oriente ad Chriſti adorationem, ſe contulerunt ut ſacra teſtatur pagina. Diodorus idem confirmat, dicendo. *Vranus Rex primus Atlantiorum (id eſt Cœlum) cumque ſyderum obſeruationi impenſe deditus eſſet, multa in mundo ſuperiori euentura prædixit, & ex motu Solis vulgo anni rationem patefecit: menſes quoque, ex curſu Lunæ, & certas ſingulis annis horas deffiniuit.* Et quidem profectò regalis erat hæc ars apud Argiuos, ut habet Lucianus, qui ita parum diuerſimodè tradit. Vt contendentibus Atreo, & Thyeſte de paterni regni ſucceſſione, publico conſenſu ſtatuerunt Argiui, ut uter ſcientia precelleret, his imperio potiretur: & Thyeſtem demonſtraſſe illis Arietem Cœleſtem; ſed Atreum Solis curſum, & diuerſum, à raptu primi mobilis, & qui nunc videtur Occaſus alijs exortum eſſe; regnum ei ultrò dederunt, maximamque laudem fuit aſſequutus. Confirmat hoc ex dignitate ſcientiæ Strabo. *Sacerdotes Philoſophiam, & Aſtronomiam exercitabant, & cum Regibus conuerſabantur.* Item alibi eodem libro. *Et apud maiores noſtros Sacerdotibus Ægyptiorum, Chaldæis, Magiſque ſapientia alios ſuperantibus, honores, & Imperia ſunt delata.* Inter Imperatores Romanos multos quoque fuiſſe Aſtrologos clarè patet. Adrianum etenim fuiſſe inſignem Spartianus edidit, adeo ut ex initio anni, totam illius reuolutionem egregiè prognoſticaſſet; ſicut etiam ſibi mortis annum prædixit. P. Nigidius Senator grauiſſimus ex Themate Octauiani Auguſti, illi imperium indixit.

l. 5. *l. 2.* *Tom. 1. de Aſtrol.* *l. 1.* *Suet. in eius vita.*

Diocletianus ita fuit huius ſcientiæ amator, ut auſus ſit affirmare Senatui, aut filios ſibi ſucceſſores, aut neminem, ut ex ſua, ſuorumque genitura conſtabat. Similiter complures alij ex vetuſtioribus fuere. Hinc Antonius Bonfinius ſcribit, Mathiam Regem Vngariæ fuiſſe Aſtrologiæ peritum. *Adeo ut nihil inconſultis patribus* (ſunt verba Authoris.) *Legibuſue & Aſtronomis adoriri placuerit, ne ac temerè quidquam auderet.* Vnde ſi Aſtrologia res vana eſſet, Rex ille prudentiſſimus haud quaquam ipſi ſcientiæ tantopere conſuluiſſet. Fridericus Imperator, eius coetaneus, huic arti pariter ſtuduit, eiuſque filius Maximilianus, ut idem Auctor tradidit; confirmat, & de Ludouico, qui ante Mathiam regnauit, dicens. *Item nil ſibi prudentia liberalitate propagatione Regni, ac gloria fuit antiquius, omnia litterarum ſtudia auidiſſimè nouit, ac in primis Aſtronomiam qua inconſulta nihil ſibi placuit auſpicari.* Omnes autem Principes iſtos prudentiſſimos fuiſſe conſtat ex rebus ab illis geſtis, quæ planè in ipſa Hiſtoria Hungarica leguntur; quinimo Religionem mirifice coluere, ut de Ludouico citatus tradit Auctor. Vid. licet. *Quam pius, ac Deo gratus fuerit &c.* cum ſequentibus, quæ eius fidem exatè probant.

Deca. 4. l. 5. n. 2. *Deca. 2. l. 10. n. 12.*

At ſi catum digniſſimum Aſtrologicum hic enumerare vellem, fortaſſe nec tempus ſufficeret, aut tedium nimium legantibus inferium videretur. Sat igitur erit medium erit proferre ea nimirum, quæ Lucianus miratur, nec non ad quæſtionem reducit. Cur homines in cæteris ſcientijs ſe exerceant iuſque omnibus

Tom. 1. de Aſtrol.

Digitized by Google

bus tradant? Solam verò aſtrologiam nec habere in pretio, nec exercere curant: cum hoc doctrinæ genus nobiliſſimum ſit & peruetuſtum, inuentum priſcis illis Regum temporibus, quos Deus amabat homines, refert autem rationem, & cauſam ob quam illam antiqua runt, cum dicit. *At huius ætatis homines, non ſolum inſcitia ſocordiaque, verum etiam odio laboris diuerſa ab illis ſentiunt*. Morbus ſanè inſanus noſtrorum temporum: ſi namque conſideremus quo nam tempore Lucianus vixerit, illud fuit antiquiſſimum, nempe anno circiter centeſimo ſupra quinquageſimum. Sed tamen etiam verum eſt per poſteriores ætates hanc ſcientiam reſtitutam extitiſſe, nempe à Ptolomeo, alijſque quampluribus; itemque per Alphonſum Regem pænitus illo tempore prærogatiuis ſingularibus cumulata. Nouiſſimè verò fuere poſt Tychonem Principem, Cardanum Iunctinum, Argolum, & demum Ioannem Baptiſtam Morinum Sorbonæ Præſidem, qui omnes magni, ac ſapientiſſimi Viri fuere. Modo etiam adſunt & peritiſſimi, veluti nec deſunt dementiſſimi, qui inſana verboſitate contra ſapientiam inſeuientes, hanc ſumma nequitia, ac iniurijs vituperant, atque in deriſionem conducunt. Sed ipſi rudes prorſus apparent, ſcientia nihil detrimenti in ſe admittente. Et equidem, quid abſurdius dicere Sydereas facultates nihil in hæc inferiora agere? Si nullam ſanè virtutis poteſtatem exercere valerent, quanam eſſet in rebus ſuperioribus philoſophandi contemplatio? Hæc profectò in omnes ætates, & apud omnes gentes quamvalde viguit, veluti teſtatur Cicero. *Gentem quidem, ait, nullam video, neque tam humanam, atque doctam, neque tam immanem, tamque barbaram, quæ non ſignificari ventura, & à quibuſdam intelligi prædicique: poſſe cenſeat*. immò eam magnopere laudat, & in omnibus commendat, ſubdit enim eod. lib. *Magnifica quidem res, & ſalutaris, ſi modo eſt ulla quæque proxima ad Deorum vim, natura mortalis poſſit accedere*. Aſt. ab auctoritatibus, ad rationes me conuerto.

De Diuin. l. 1.

Quamobrem quæro, quid eſſet ſi Stellis Cælum careret? Si Sol nunquam appareret? prò certò nulla res ſubſiſtere poſſet, & Chaos in uniuerſum circumuolueretur? inueniuntur tamen homines, qui hoc inconueniens aſſerentes, cum illi prò tempeſtatum mutatione diuerſitatem aeris conſtitutionemque ſentiant, euidenterque experiantur in veſtibus, quibus induuntur, quandoque leuioribus, quandoque grauioribus: glíſcente hyeme accedunt ad ignem, & negant ex Solis receſſu calorem ſenſibiliter imminuere; æſtuante tempore indumentis ſpoliantur, auraſque frigidas captant; & tamen adhuc pertinaces, ex acceſſu Luminaris, eiuſque crebra circulatione calorem nihil agere affirmant. Ergo caſu hæc accidunt? ſed ſi caſu, cur ſtatis temporibus mutationes ſenſibiles fiunt? eorum profectò fallax eſt opinio, neque intellectum ſuadet. Nullus enim ſanæ mentis tali euidentiæ agendi ſyderum aduerſabitur.

Rurſus clarè patet, cum Sol peruenerit ad Arietem terram vireſcentem, flores, ſegetes, ac ſimilia generare, veluti in pubertate: mox ad Cancrum accedens, cum ſenſim, à principio quartæ calorem augeat, paulatim etiam ad maturitatem fruges perducit, dum calore maximo ipſas afficit, veluti in iuuentute; cum verò Libram ſeu autumnale æquinotium attigerit, poma alioſq; fructus, duriores perfeciſſe conſtat, veluti in virilitate, ac ætate conſiſtenti; tandem adueniente brumali ſolſtitio, omnia tamquam in ſenectute propter caloris imminutionem, ac tenuitatem tabeſcere perſpicuum fit, & tota anni vita compleri videtur. hoc ergo euenit ab obliquitate Zodiaci; nam duplici modo dicuntur ſydera prope, vel procul eſſe, tum per Zodiacum, ut diximus, mox per appogæa-

grauitatem; dum Luna eſt perigæa, nempe prope terræ centrum, vim ſuam maiori virtute exercet, quam in appogæo, unde procul inde fit. eadem ratio de alijs ſtellis ſtatuitur, de quibus Manilius Aſtronomus cecinit.

Namque Aries Phœbum repetentem ſydera Cancri
Inter principium reditus, finemque coercet, l. 3. c. 9.
Tempora diuiſio iungens concordia mundo,
Conuertitque vices victumque ad ſydera brumæ
Exuperare diem iubet, & ſuccumbere noctes
Æſtiui donec veniant ad ſydera Cancri.

Hinc recenſet omnes dierum diuerſitates, noctiumque deſignante Sole in quatuor Cardinalibus punctis, & illorum effectus particulares, quos uniuerſaliter, in hæc ſublunaria expandit, ut clare in his duobus ſequentibus teſtatur carminibus.

Tum primum, muta pelagus conſternitur unda,
Et varios audet flores emittere tellus.

Item cum ſequentibus paucis verbis omnia adamuſſim. Strabo de Solis influxu explicat. *Signiferum per quem Sol decurrit ſuiſque conuerſionibus diſcrimina* l. 19 *climatum, & ventorum efficit.* Fracaſtorius ſimiliter concinè canit de ſyderum virtute.

In primis tum Sol rutilus, tum ſydera cuncta
Tellurem, liquidaſque auras, atque æquora ponti. Sybil. ſiue morbi Gall. l. 1.
Immutant, agitantque, utque ipſo ſydera Cælo
Mutauere vicem; & ſedes liquere priores
Sic elementa modis varijs ſe grandia vertunt.

Sed quis præcipue ſtatim hic contra Solis influxus ſolita inſcitia, ac temeritate inſurgere poterit, ac præſertim concedendo Solem eſſe cauſam harum mutationum, quas verè experimur, ex eius acceſſu, & receſſu, ergo omnes alij Planetæ nihil agere; cum ſemper æquinoctio verno terra germinet, ſolſtitio æſtiuo maturet, & ſic de reliquis. nam ſubducunt ſi aliquid cæteri Planetæ agerent proculdubio alias mutationes cauſarent. Reſpondetur quod profectò etiam alij Planetæ mutationes faciunt agentes, non tamen omnino illam generalem Solis immutant; quinimò aliquando accidit, quod ver non ſit adeo fructifera, & ſalubris propter cauſas, quæ optimam impediunt, & quandoque, hyems non adeo frigidus apparet, dum aliæ cauſæ in illa tempeſtate accedunt, quæ, frigori moderantur, non propterhoc tamen penitus conſtitutio vernalis, vel hyemalis euertitur. Nam virtu ſoleris uniuerſalis eſt manifeſtiſſima, ad mentem Galeni dum ait. *Verum qui maxime hunc Orbem exornat & concinat, & diſponit eſt* l. 3. c. 2. *Sol, quippe veris æſtatis, autumni, & hyemis author alius nemo extat: nec alius tam manifeſte, vel ex terreſtri limo animalia generare poteſt, neque fruges maturare, neque ad coitum, & generis propagationem animantia prouocare.* Hic loquitur Galenus tanquam de cauſa magis principali, nam & cæteri Planetæ quodammodo in anni tempeſtatibus dominium exercent, ut Franciſcus de Verulaneo ſcribit. *Habent enim Planetæ, ſinguli, non minus quam Sol ſuas æſtates,* l. 3. c. 6. *& hyemes; in quibus fortius aut infirmius faciant, propter rationem perpendiculi.* alio autem modo ſuis mixtionibus alterant tempeſtates, veluti exempli gratia, ſi in ſolſtitio brumali, Mars, Mercurius, & Iupiter concurrant aliquo aſpectu cum Sole, profectò tepiditatem producent, & aſperitatem hyemis mitigabunt, quam nos Planetas, experientia crebraque obſeruatione compertum ſit, eſſe ma-

gis calidos, & ſicos, quam humidos, & frigidos; tum propter eorum colores, & lumen, quod iaculant, tum propter eorum effectus ſępius animaduerſos. Similiter dum æſtiuo tempore Saturnus, Venus, & Luna dominauerint, cum hæ ſtellæ maximam humiditatem, & frigiditatem poſſideant, ut in Saturno habetur, in dies frigus iminui, vel creſcere æſtus videbitur, tum cauſa Lunationum eorumque quartarum, in diuerſis ſignis, ac aſpectibus correſpondentium, tum per circulorum declinationem, & mutationem, tum apogæos perigæoſque Planetarum, perque alias innumeras cauſas, quæ diuerſis locis incidentes diuerſas conſtitutiones facere poſſunt.

Minime ergo nouerim quomodo ad deſtruendos corporum Cęleſtium influxus nonnulli omnes conatus intendant ac præcipue, dum tantas ac tam diuerſas mutationes Regnorum, legumque, & conſuetudinum inter gentes, diuerſimodè inter ſe differentes, ex diuerſis Cœli conſtitutionibus, ac parallelis videant, & non credant. Nam quidam alij apparent calidi, alij verſuti, illi Religioſi, & fideles, iſti ingenio tardi, aliqui prompti, & acutiores, ut Ptolomęus

Quad. l. 2. c. 2. in his verbis tradit. *Sunt quippe quædam gentium proprietates, quæ generaliter in lineis parallelis, & angulis terræ contingunt, propter eorum ſimilitudines cum circulo ſignorum, ac cum Sole.* Et Iulius Firmicus pariter ait. *Aſtr. l. 1. c. 4.* *Vnde manifeſtis rationibus comprobatur, Zonarum quidem eſſe, quod nigri, vel candidi ſunt, ſtellarum verò, quod in illa varietate coloris, diſſimilium formarum varietatibus comparantur:* cum quibus Origanus conſentit ita dicendo. *Aſtrol. nat. memb. 2.* *Ad morum quoque diſcrimina occaſiones dant tum alia, tum ipſorum locorum conditio.* Ibique tradit totam doctrinam à Ptolomęo deſumptam, prò ut idem teſtatur Manilius.

l. 4. c. 3.

Quot partes orbis, totidem ſub partibus orbes,
Et certis deſcripta nitent rationibus Aſtra.

Rurſus motus tam ordinati Orbium Cæleſtium, & tam varij nihilque diſcrepantes, quoad illorum ordinem, & nunquam errantes, (nam qui annuum, qui menſtruum, qui tardiorem, qui velociorem circulum perficiunt) non ne fatendum, hoc ad aliquid in hæc inferiora agendum eſſe factum? non ſanè caſu, cum hoc eſſet negare Diuinitatis prouidentiam, ſi & ipſe Manilius omnia à Deo Regi fateatur.

l. 1. c. 4.

Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi
Membraque naturæ diuerſa condita forma
Aeris, atque ignis, terræ, pelagique iacentis,
Vis animæ diuina regit ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat.

Similiter Cicero tradit per ſcientiam Diuinam, Dei exiſtentiam agnoſci; quid enim poteſt eſſe apertius tamque perſpicuitate clarius, quam dum Cælum ſuſpicimus cęleſtiaque contemplatione miramur, aliquod ibi Numem præſtantiſſime mentis quo hæc regantur pernoſcere id Fracaſtorius dum ait: *l. 1 de Stel. c. 1.* *Hinc primò de Dijs cognitio habita, hinc eorum amor, & veneratio, hinc prima æternitatis admiratio fuit.* Dicunt aliqui ſtellas eſſe factas à Deo in Cœlo ut in pulchritudinem ſuæ conſtructionis oſtenderet, ſtellatuſque Orbis tamquam lectus varijs floribus coruſcans æterni Opificis magnitudinem comprobaret. Ridicula ſanè, ac puerilis aſſertio. inconfuſo enim ſydera ſunt, nullaſque accommodatè figuras repreſentant, immo informes omnium oculis patent. ad quid igitur quaſo Luna modo plena, mox falcata, aut dimidiata, carenſque lumine laborantque interdum Eclypſi? hoc quidem ad aliquid à ſummo Opifice fuit præordinatum, cum

in

in natura nil fruſtra, ſit ut docuit Cicero. *Nihil enim fieri ſine cauſa poteſt, nec* De Div.
quidquam ſit, quod fieri non poteſt, nec ſi id factum eſt, quod fieri potuit portentum l. 2.
debet videri.

Clarè autem ad ſenſum mutationes quæ à phaſibus Lunæ eueniunt in hæc in-
feriora percipimus, & qui eas negaret, eſſet peius lapide: cum marmorea ipſa l. 3. cont.
ſentiant, & aliquid ab illis percipiant, ut ait D. Thom. *Manifeſtum eſt etiam,* Gent. c. 92.
quod etiam inanimata corpora quaſdam vires, & efficacias à Cæleſtibus Corporibus
conſequuntur. Hinc exundationem reciproca pelagi Lunari curſu euidenter
atribuitur, ad mentem eiuſdem Diui. *Non enim dicimus quod fluxus, & reflu-* l. 3. c. 100.
xus maris ſit motus violentus, cum ſit ex impreſſione Cæleſtis Corporis, licet naturalis
motus aquæ ſit ſolum ad unam partem, ſcilicet ad medium. Idē canit Fracaſtorius.

Nec dubium quin, & noctis nitor aurea Luna, Morb. Gal.
Cui maria alta, omnis cui rerum obtemperat humor. l. 2.

Sed hæc opinio apud omnes philoſophos tum veteres, tum recentiores tenet;
ita ut Ioannes Bapt. Du Hamel inter neotericos clarus apertè, & ſine dubio af-
firmauerit. *Nihil quoque ut puto neceſſe eſt hic de Lunæ in hæc inferiora influxibus* Tom. 1. l.
diſputare. Quis enim ignorat Lunam creſcentem corporibus humorem effundere, 2. c. 4.
quem, ſeneſcens quaſi reſorbet? Aſt de hoc infrà dicemus; modo verò difuſius
ad argumenta, quæ in contrarium aducuntur deueniamus; ſed prius aliqua de
vi ſyderum præmitamus, & quomodo ipſa Aſtrologia ſit ſentienda.

Variæ opiniones circa Stellarum influxus & quænam ſit admittenda. Cap. II.

CItra dubium eſt, illorum opinionem eſſe damnandam, quæ exiſtimant ſtel-
larum influxus ex neceſſitate agere, ita ut ratio, aut prudentia humana,
eos auertere nequeat. Hæc autem ſententia à Stoicis amplectebatur, ut notat
Sunctinus factumque appellabant, & adeo adoleuit illis temporibus, ut Chal-
dæi, Babylonique negligerent in Deum Sacrificia, & ad immolandum ſangui-
nem humanum intelligentijs mouentibus, ad corpora cœleſtia confugerent, cap-
tarentque oracula, conſulentes omnia ab ipſis Aſtris; in quem ſanè errorem ce-
cidit Iulius Firmicus, cum dixit. *Cedamus itaque fide veritatis oppreſſi, & confi-* l. 1. c. 3.
teamur, veræ rationis ſecuti iudicia, nihil in noſtra, ſed totum in fatorum eſſe po-
ſitum, poteſtate, ut quicquid, vel facimus vel patimur, totum hoc fortunæ nobis iu-
dicio conferatur. Sed Vir Ethnicus, erat nec lumen veritatis gnorabat. attamen
videtur aliquid ſubumbra agnouiſſe, illis in verbis, in præfatione ad Lollianum.
Scire itaque nos præcipue in loco oportet, Lolliane decus noſtrum, quod ad imagi- l. 3.
nem ſpeciemque mundi, formam hominis, ac ſtatum totamque ſubſtantiam, Deus
ille ſabricator hominis, natura monſtrante perfecerit. aliaque quamplura do-
cumenta ad ipſum Lollianum ſcribit, ita ut ille, licet vim fato atribuerit, paſ-
ſiones animi cohercendas exiſtimauerit, ad hoc ut homo prudens euadat. Me-
lius hanc veritatem agnouit ipſe Aſtrologorum Princeps Ptolomeus, in illa cent. l. 5.
ſententia, dicens ut verè Chriſtianus, potiusquam Idolorum cultor. *Poterat*
qui ſciens eſt multos ſtellarum effectus auertere, quando naturam earum nouerit,
ac ſe ipſum ante illorum euentum præparare; ſicut etiam clare aſſerit in Centil. 8.

Verum enim verò, ſi ratio illa naturalis, quæ in homine ineſt, prouenitens ab
ipſa

Digitized by Google

ipſa immortali anima, tolleretur, à Brutis ipſis minimè diſtingueretur; quod abſurdum, & homini Chriſtiano pœnitus indignum; nimis enim eſſet atribuendum influxibus ſtellarum, ſi ab ipſis operationes noſtræ adlibitum gubernarentur. Neque meritum in operibus bonis erga Deum haberemus. Hinc eueniret quod mala abſolute ſummus Creator permitteret, cum homines aſtris ſubjugaſſet; ita ut ipſa animi ratione paſſiones non poſſet moderari. Sed quia cum infidelibus, nec nomina debemus habere communia, ne ex eo conſortio poſſit ſummi erroris occaſio, nomen fati non eſt à fidelibus admittendum, ne illis videamus hac tam arcta aſtrorum neceſſitate aſſentire: ſicut ipſi male crediderunt omnia ſyderum influxibus ſubijcientes, & cum D. Auguſtino dicamus; *ſi quis*
l. 5. de Ciu. Dei c. 1. *virtutem, vel poteſtatem Dei nomine fati appellat, ſententiam teneat, linguam corrigat*. Titus Lucretius Carus ille qui arcana naturæ præſcrutauit, omneſque eius latebras, luſtrauit, libertatem noſtram operandi, & cohercendi fatetur, licet multum à Diuinitate tollere ſtuduerit. hæc ſunt eius carmina.

Vt videas initum motus à corde creari:
Ex animique voluntate id procedere primum;
l. 2. de rer. nat. *Inde dari porrò per totum corpus, & artus.*
Nec ſimile eſt, ut cum impulſi procedimus ictu
Viribus alterius magis, magnoque coactu.
Nam tum materia totius corporis omnem
Perſpicuum eſt nobis inuictis ire, rapique,
Donec eam refrenauit per membra voluntas.

Quanto magis igitur à nobis fidelibus amplectenda erit opinio de libera noſtra voluntate. omneſque autem cauſas ſoli ipſi Deo ſubeſſe, ita ut ſuo nutu, & arbitrio eas moueat regatque; nihil enim abſurdius quam liberum arbitrium captivum ſtellis facere, ſi liberum quotidie experimur, agnoſcimuſque, ut nil clarius videamus. neque inſulsè quæritandum eſt cur mala ſuccedant? quia ſi homo liber eſſet ipſa non patraret, cur Deus hæc permittat? Impropria prorſus quæſtio eſt, & noſtra noxa, cum paſſionibus indulgeamus, nam Deus nos ita creauit, ut bonum vel malum, in noſtra poteſtate ſit, utrum ellegiſſe; nec ſummum illam perfectionem nobis conceſſit, ut mortalibus inconueniens fuiſſet. Deus enim per hoc author mali non extitiſſet, qui perfectionem non tradiderit, quam dare non tenebatur, licet potuiſſet? *Deus autem concedit mala* (inquit D.
In Enchy. Auguſtinus) *ut naturarum bonarum optimus eſt creator, ita malarum voluntatum, eſt iuſtiſſimus ordinator*. Concludamus igitur contra Ethnicos cum Ethnico.
Sen. lib. 2. quæ: nat: *Quædam enim à Dijs immortalibus ita ſuſpenſa relicta ſunt, ut in bonum vertantur, ſi admotæ Dijs præces fuerint, ſi vota ſuſcepta.*

Secunda opinio, vel potius dementia eorum eſt, qui influencias omnino Cælis tollunt, ita ut nihil operentur, ſed Deus per ſe ipſum omnia abſolute regat. proculdubio cuncta gubernat Deus, attamen ſecundis cauſis virtutem de-
c. 37. dit, ut perpetuis circulationibus ipſi ſeruiant, iuxta illuc Iob. *Quæ luſtrant per*
l. 4. de cõſ *circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod preceperit illis per faciem orbis terrarum*. Et in hac ſententia Boetius ſcripſit. Deum per ſe ſolum cuncta diſponere, ſed quantum ad executionem inferiorem per ſuperiora diſpenſare: corporalia quidem per ſpiritualia, & ita omnia tam ſupter quam intrà colligata ſunt inter ſe, ut una aliam cauſam moueat, adeo ut neceſſe ſit in hoc mundo infimum ſuperno, ſupernum infimis creaturis eſſe ſine interuptione ordinis contiguum, ordinatumve; ſecundum D. Auguſtini placitum

Digitized by Google

tum. *Quemadmodum corpora craſſiora, & inferiora per ſubtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur.*

In 1. de Trin.

Neſcio verò qua ratione fulti dicant Cęlos nihil influere, cum ad finem aliquem proculdubio facti ſint ab infinita illa ſapientia, quæ eſt magna in magnis, quæ non ſit parua in paruis. caſu autem, vel fortuitò res non generantur, & corrumpuntur, neque ex puro caſu, quis citius moritur, vel tardius: præcedunt cauſæ ipſis effectibus, ſine quibus nulla res in natura dari poteſt inſinuatum eſt à Deo ſtellis ut ſint ſigna ad ſignificandum, quæ futura omnino ſunt, eique in miniſterio ſint, ut D. Tho. ait. *Inferiora corpora Deus per ſuperiora gubernat quoad executionem, licet quoad ordinationem diſponat per ſe*, & Scotus. *Stellæ per naturam operantur in corporibus noſtris, & inclinant animam noſtram non cogunt.* Demens equidem ille erit, qui Aſtrorum actionem negauerit, cum cognitio ex illis, licet non perfecta perfectionem animo conferat; ut D. Thom. *ex quibus omnibus apparet, quod de rebus nobiliſſimis quantumque imperfecta cognitio maximam perfectionem animæ confert.* Neque ignauia aliquorum nos ab hac ſcientia colenda detrahere debet, quia, ea quæ quis intelligere non poteſt falſa non ſunt, immo extremæ inſcitiæ eſt, illa deſerere, ad mentem eiuſdem D. Tho. *Sicut igitur maximè, amentiæ eſſet idiota, qui ea quæ à Philoſopho proponuntur falſa eſſe aſſereret, propter hoc quod ea capere non poteſt.*

Con. Gent. l. 3. c. 86. 2. diſt. quaſt. 1. l. 2. c. 5. l. 1. c. 5.

Tertio tandem ſententia illa eſt, & profectò ſana, & quam omnes homines, qui ingenio ſunt præditi tenent: quaque ſecundæ omnino aduerſatur, primam coheret, & in medio utriuſque exiſtit. admittit cęleſtes influxus, qui propenſiones moueant, non verò adſtringant: hanc Chriſtianus Aſtrologus ſequi debet, moderatoque animo eam tractare, non ad res particulares, minutaſque, cum ſolum lumine afflati prædicant particularia; ut Cardanus teſtatur. *Cum neque hoc de futuris propriarum veſtium ab Aſtrologo poſſit prædici, quippe minus ſingulare eſt, ratio quia ſupra artem hæc ſunt, quæ tamen lucri cauſa illi præſtare pollicentur.* Et præcipue contra eos inuehit, qui multa ſuperſtitioſa fingunt, ad vulgus decipiendum, & velamine Aſtrologiæ muniunt quaſdam artes ſola imaginatione conceptas, audiamus Ptolomæum. *Præterea bona pars quæſtus gratia huius ſcientiæ nomen, & dignitatem alijs artibus vaticinatricibus prætexere conſueuere, qui cum fidem apud vulgus inuenerint, illis quidem imponunt, cum videantur prædicere multa, atque ea quoque, quibus prædictis naturalis nulla ratio fulſit &c.* Hinc artis contemptus ac obſcuratio. Homo prudens tamen, qui eam tractare debet, ſolum ea ſcire poteſt, quæ legitimo ſtudio longa obſeruatione eruerit, quaque ad uniuerſales propenſiones in quocunque indiuiduo pertinebit: illaſue etiam ſibi prauiſas iuvare, ſi bonæ, auertere ſi malæ fuerint: à te autem, & à ſcientia à periculis caueas, & videbis vim nullam adſtringentem in ſyderibus eſse, aliàs ſi tamquam res inanimata non mouebis, optima non habebis feliciora, & mala ultro offenderis. *Hinc plerumque Aſtrologis,* (inquit D. Thom.) *verum dicunt in iudicandis hominum moribus, pauci enim ſunt, qui reſiſtant ſenſui, unde ex ſola voluntate hominum ſtellæ omnino in nos operantur, cum ipſas inclinationes undequaque ſequamur.* Alias non adeo valde influxus paterent, & iudicia quamplurimum inania eſsent; non per hoc tamen ipſa ſcientia eſset falſa, cum tantummodo Planetæ præordinent, & diſponant, non verò abſolutè determinant, ut inquit Damaſcenus. *Alij & alij Planetæ diuerſas complexiones, & habitus, & diſpoſitiones in nobis conſtituunt.* Illi autem qui dicunt, neminem Aſtrologiam poſse probare, ratione, aut auctoritate, nunquam certè ullos Authores

In comm. l. 1. Ptol. c. 2.

l. 1. de Iud. c. 2.

p. 1. quæſt. 115. ar. 4.

l. 2. c. 7.

legerunt, cum paſſim ab omnibus fateantur dari influxus: quinimo ab ipſa Ecclesia Sanctiſſima admittuntur, per modum tamen inclinandi, non cogendi; ſatiſque ſuper hoc à Patribus determinatum eſt, & in hoc opere eorum auctoritates recenſentur, ratione verò quamque aſtrologia, non videatur uberrimè defenſa, attamen eius facultas non indiget probatione, ut iam in primo capite diximus, eamque vallabimus cum opus erit: peculiariter tamen experientia comprobabitur, præclariſſimum ſcientiæ nitor, clarumque certitudinis argumentum.

Argumenta in contrarium adducta diluuntur, paſſimque ſcientia probatur, & defenditur. Cap. III.

CVm autem omnes illi, qui contra Aſtrologiam inſurexerunt, aut illius fuerunt ex partes, aut aliquo odio in eam blaſphemarunt, aliquid iniuriæ ab aliquo huius ſcientiæ profeſſore accipientes, vindictæ gratia ad ſubuertendam nobiliſſimam artem, (quam ab illis quandoque profitebantur) omnes vires intenderunt: neſcientes quantum apud Doctos ludibrij fuere. horum unus Princeps fuit Piccus Mirandulanus; cui cum mors citiſſima in iuuentutis flore à Lucio Bellantio Senenſi pronunciata eſſet, in furorem verſus, argumenta quamplurima paſſionis veneno imbuta, ut mens eius effrenata effinxit, euomuit. quibus omnibus Doctiſſimus Morinus in ſua Aſtrologia Gallica, tum ipſi, tum etiam Alexandro de Angelis, egregiè reſpondit. Eiuſmodi ergo cum omnibus alijs eodem morbo laborantibus, cæcitate ducti negant Cœleſtia corpora agere in hæc ſublunaria, contra Ptolomęi ſententiam ait enim, *euidentiſſimum eſſe, & non indigere verboſa confirmatione, diſundi quamdam vim à Cœlo in omnia, quæ circa*

L. 1. c. 1. de Iud. *terram ſunt, & in natura mutationibus obnoxia.* Aliàs opporteret Cœlos Deum

David. pſ. 18. creaſſe ad ſuperfluitatem, vel nihil agerent, quod non eſt dicendum. cum Regius Propheta cecinerit. *Cæli enarant gloriam Dei, & opera manuum eius enun-*

Iob. 37. *ciat firmamentum.* Et alibi Iob. *ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus.* Paſſimque in huius comprobatione, à ſacra pagina teſtimonium eruitur. hoc tamen prò certo habetur diuerſimodè ſtellas influere vel recurrere, ſi Deus illis præceperit, hæc tamen præter rerum ordinem miracula, & mirabilia ſumma ſcientiæ ſunt. his iactis tranſeamus ad argumenta contraria, multiſque, tum Iunctini, tum Morini virtute, & præcipue D. Thomæ Doctrina reſpondebimus, omnibuſque pro viribus conabimur ſatisfacere, licet ſatis ſuperque ab illis Clariſſimus, & à Titiana doctrina reſponſum ſit.

I. Primo ita arguere incipiunt: ſolum Deum ſcire futura, ergo apud homines nulla ſciencia de diuinis præſciendis. Et quis negare audeat hanc ſcientiam apud ſummum Opificem ineſſe? & quis dubitet omnia ſub eius occulis patefieri? abſolutè tamen conſequentiam reſpuitur, immo datur ſcientia, ut longa, ac inueterata ſeculorũ obſeruatio, experientiaq; demonſtrat; & cum Mundus traditus ſit diſputationibus hominum, mirum non erit, ſi eius arcana interpretentur.

Part. 10. c. 4. *Homo enim* (inquit Trism.) *Effectus eſt diuini operis contemplator, quod profectò dum admiratur auctorem eius agnoſcit;* & alibi. *Genus hominum ad diuinarum operum cognitionem teſtimoniumque naturæ ad imperandum omnibus quæ cælo teguntur.*

II. Subiungunt inconſultè. Cauſam effectricem harum rerom in ſublunaribus.

ribus, euenientium, & mutantium, Deum ſolum eſſe: ſuperfluum igitur Planetas agere, ac influere. Huic argumento à D. Thom. ita reſpondetur. *Quamquis autem Deus ſolus ad electionem hominis operetur: tamen actio Angeli operatur aliquid ad electionem hominis per modum perſuadentis, actio verò corporis Cęleſtis per modum diſponentis, inquantum corporales Cęleſtium corporum impreſſiones, in corpora noſtra diſponunt, ad aliquas electiones.* quanto igitur magis in alijs rebus operabuntur, quæ ſub Cœlo ſunt? & ſic non obſtat adductum. Con. Gent. l. 3. c. 92.

III. Ita. Si darentur influxus corporum cœleſtium, homo non haberet liberum arbitrium operandi, ſed hoc non eſt de fide admittendum, igitur nulla de Aſtrorum influxibus ſcientia. Aſt facillima equidem erit huius obiectionis reſponſio: prius tamen ad maiorem intelligentiam præmittamus aliqua, ad hanc rem ſpectantia, ad hoc ut euidenter libertas noſtra tueatur, & influxus admittantur.

Omnes igitur paſſiones animi, eiuſque propenſiones, ab influxibus ſtellarum proculdubio proueniunt; iſtæ autem cum ſint intra nos, dependent etiam à noſtro arbitrio prò earum electione, ita ut penitus libertati noſtræ, duce ratione, ſint ſubiectæ. nam ea quæ ſunt circa intellectum, corpora cœleſtia cauſæ eſſe non poſſunt, cum intellectus ordine naturæ omnia corpora, & materialia excedat: indirectè tamen concurrunt ad electiones noſtras, iuxta D. Thom. ſententiam. *Sciendum tamen eſt quod licet corpora cæleſtia non ſint directè cauſa electionum noſtrarum, quaſi directè in voluntates noſtras imprimentia, indirectè tamen ex his aliqua occaſio noſtris electionibus præſtatur; ſecundum quod habent impreſſionem ſuper corpora.* Vnde patet quod liber remanet homo ad agendum, & ad cohercendas paſſiones animi. Aliæ autem ſunt res quæ eueniunt, & accidentia à vulgo vocantur, quæque extra nos exiſtunt; ut tempeſtates, quæ ſegetes bonaque abripiunt, & diſsipant, paupertas, quæ ab ortù, non à prodigalitate dependet, opreſſiones Potentum, Frigus, æſtus ſimiliaquæ nobis inſcijs ſuccedunt, hæc autem difficillime homo poteſt auertere. D. Thom. in hoc propoſito ſic ait. *Vno quidem modo ſecundum quod impreſſiones corporum cæleſtium in exteriora corpora, ſunt nobis cauſa alicuius electionis; ſicut cum per corpora cæleſtia diſponitur aer ad frigus intenſum, eligimus calefieri ad ignem, vel aliqua huiuſmodi facere quæ congruunt tempori*, attamen etiam illa quæ ſunt extra nos auertere quodamodo poſſumus, & ratione noſtra moderare, citato loco confirmat D. Thom. *Manifeſtum eſt autem, & experimento cognitum, quod tales occaſiones, ſiue ſint exteriores, ſiue interiores non ſunt cauſa neceſſaria electionis, cum homo per rationem poſſit eis reſiſtere*. præcipue ſi ſcientiam agnouerit, ut recte ſubiungit. *Sed plures ſunt qui impetus tales naturales ſequuntur, pauciores autem, ideſt ſoli ſapientes*; ſicut Ptolomęus idem fatetur; ex his igitur patet quam parui momenti ſit argumentum ſuperius aductum. l. 3. con. gent. c. 85. Leod. c. 85.

IV. Aducunt illud Iſaiæ c. 47. Vniuerſa euenerunt ſuper te propter multitudinem maleficorum tuorum, & propter doctrinam incantantium tuorum vehementem; & poſtea ſubiungitur. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum, ſtent, & ſaluent te Augures cœli.

Reſpondetur ibi ſacra pagina increpare Chaldęos, & Babilonicos, omnia conſilia captantes, à ſyderibus, tamquam à Deitatibus, & à cauſis neceſſitatem inducentibus, quod aperte reprobatur, ut optime teſtatur Bartolomęus Placentinus ordinis Prædicatorum Sacerdos, & prauitatis hæreticorum inquiſitor accerimus. Vulgus enim antiquitus errore ductus cum mirabilia ex ſtellis videret

in eam deuenit opinionem, ut dijeſſent. Diodorus Siculus ita ſcribit. *Is* (nem-
[illegible] pe Atlas) *cum ad explorandos ſyderum motus Atlantis verticem conſcendiſſet nim-
bo ſubitò abreptus euanuit; eiuſque caſum plebs comiſerata, ut immortali eum ho-
nore adficeret pulcherimum in Cælo ſydus eius nomine inſigniuit.*

V. Opponunt aliqui dicendo. Quomodo Aſtrologus poteſt ſcire futura? quid eſt hæc ſcientia, aut hæc ars, qua utitur? cum ſtellæ ſint tam paruæ, & minimæ, noſque tam inferius degentes, ut impoſſibile ſit corpora noſtra aliquo modo tangere? Multa dicunt iſti, quæ non agnoſcunt. an neſciunt Aſtrologum fundamento aſtronomiæ, quæ ex diuerſis cœlorum motibus ortum traxit, proculdubio certiſſimæ, & varijs obſeruatis influxibus (qui aliquibus diſtantijs, & parallelis enaſcuntur) certiſſimis menſuris coniecturaſſe? an fortaſſe vetuſtiſſima experientia ductum, agnitaque cuiuslibet natura Planetæ iudicia ſua proculiſſe? aliquaque moderate protuliſſe? hiſque cauſis bene intellectis firmatur ipſa ars, ita ut Cicero ſcribat. *Siquis modo talis poſſit eſſe, qui coligationem cauſarum*
De Diui. l. 1. *omnium perſpiciat animo, nihil eum profectò fallet. qui enim tenet cauſas rerum futurarum idem neceſſe eſt omnia teneat quæ futura ſunt.* Et D. Thom. *Aſtrologi*
P. 1. quaſ. 115. art. 4. *verum dicunt in iudicandis hominum moribus, pauci enim ſunt qui reſiſtunt ſenſui.* unde patet ex auctoritate, quod quis ex hac ſcientia poteſt prædicere. Secundo, ad illud, quod aſſerunt impoſſibile; quomodo ſtellæ, quæ minime videntur ex imenſo ſpatio diſtare, uſque in tellurem emittant effluvia. Ex ipſa ignorantia dubium hoc naſcitur. Nam veriſſimum eſt aſtra, præter tres inferiores Planetas, undequaque ſuperare magnitudinem terræ, & cum ſint imenſæ molis effluvijs maximè exuberantia vehiculo lucis uſque ad nos, eos tranſmittere. ut inquit
Du Hamel to. 1. l. 1. c. 3. Philoſophus. *Atque ut è ſemita in viam redeam: Lux eſt quaſi horizon naturæ ſpiritualis, & corporeæ, ſubſtantiæ, & accidentis; vinculum eſt totius uniuerſi, quod luce deſtitutum nihil foret propter materiam indigeſtam, corpus exanime confuſionis abyſſum: eſt quippe lumen omnium elementorum virtute facundatum, ac celeſtes influxus ad nos tranſmittit.* Quid igitur clarius de ipſa luce? & licet nos ſydera non tangant craſſioribus ſuis corporibus, attamen uſque ad nos corpuſculis proueniunt, & ſufficit, ut eas videamus, ut Lucretius confirmat.

Quod ſimul ac primum ſub diuo ſplendor aquai
Ponitur: ex templo cælo ſtellante ſerena
Sydera reſpondent in aqua radianti a mundi.
De rer. nat. l. 4. *Iam ne vides igitur, quam puncto tempore imago*
Ætheris exoris in terrarum accidat oras?
Quare etiam atque etiam mitti hæc fateare neceſſe eſt
Corpora, quæ feriant, viſumque laceſſant.

Tamen adhuc dubitatio durat in iſtis, qui cum hæc effluvia non videant, dicunt oculorum aciem non ferire, cum non cadant ſub ſenſu; quærerem autem ego ab his, quomodo odores videant? & tamen eos olfatu percipiunt, ergo feriunt ſenſus, & non cadunt ſub obtutum; ſimiliter dicendum venit de ſtellarum effluvijs; de quibus quaſo audiant Lucretium.

Tum porrò varios rerum ſentimus odores:
l. 1. *Nec tamen ad nareis venienteis cernimus unquam;*
Nec calidos æſtus tuimur, nec frigora quimus
Vſurpare oculis, nec voces cernere ſuemus.
Quæ tamen omnia corpora conſtare neceſſe eſt
Natura: quoniam ſenſus impellere poſſunt.

Digitized by Google

Tangere enim, & tangi, niſi corpus nulla poteſt res.

Afflatus ſydereos ruere per imenſa ſpatia in tellurẽ & ad corpora illius pertingere D. Auguſtinus teſtatur. *Non uſque quaque abſurde dici poteſt ad ſolas corporum differentias afflatus ſydereos peruenire.* Vndè ſatis ſuperque ſatisfactum fuit eorum ignauiæ, qui de his dubitauerant, & non intellexerant: ſed ſi adhuc eorum intellectus in cecitate manet, proculdubio in æternum ſepultus iacebit. Nimis autem prolixum eſſet, ſi cuilibet argumento ita reſponderemus, ſed cum omnes expoſtulauerit, ſimili modo faciemus. l. 5. de Ciu. Dei.

VI. Aducunt verba D. Pauli ad Galat. c. 4. Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos; timeo vos ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Iunctinus huic obiectioni reſpondet. Apoſtolum obſeruationem illam temporum damnaſſe, quam illi ad Sacramenta facienda ſuſcipiebant, ſecundum Aly Aberagel, doctrinam; qui voluit circumciſionem cadere ſub Luna eleuata ſuper Venerem, ut habet in p. 7. ſuæ ſum. c. 33. Cum autem huiuſmodi obſeruationes ſuperſtitione redolerent, merito ab Apoſtolo damnantur, cum inducant animos ad corporum Cœleſtium adorationem, ut ex ipſius Diui verbis, quæ aductis præcedunt; *nunc autem agnoueritis Deum, immo cogniti ſitis à Deo: quomodo conuertimini iterum, ad infima, & ægena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?* Manifeſtè igitur patet, Galatas ſe ipſos à Deo abdicaſſe, & ad adorationem Stellarum, elementorumque conuertiſſe, non cogitantes hæc omnia facta fuiſſe à numine, ut ei ſeruirent, non prò viuentium cultu: ut habetur in Iob. *Cum me laudauerint ſimul Aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* c. 38.

VII. Arguuntur ex Concilio Ancyritano ubi dicitur, qui diuinationem expetunt, & moram Gentilium ſubſequuntur, ſub regula quinquenij iaceant. Facillime tollitur argumentum ſi verba Patruum conſideramus, nam dicunt qui diuinationem expectant, & more Gentilium; apertè ibi loquitur de arte diuinatoria, & Necromantia, quas per Diabolum exercebant, non de legitima Aſtrologia, quæ ſcientia phiſica eſſe deberet, & non prohibita, quatenus cum moderatione exerceatur. Illæ autem artes incantationibus, & præſtigijs exercentur, non verò medio virtutum corporum cœleſtium, quoniam ex ipſis ſolis ſydereis qualitatibus magorum mirabilia fieri nequeunt; nam redduntur reſponſa de furtis ſublatis, & de alijs huiuſmodi, quod non poteſt fieri niſi per intellectum ut D. Thom. & Aug. confirmant. Pari reſponſione tollitur illud deductum ex Concilio Toletano in c. ſi quis, ubi Clerici ſuſpenduntur conſulentes incantatores, Ariolos, Augures, profitentes, ut dixi, artes Magicas, & ſuperſtitioſas, & de eis ſemper ſacer textus intelligit: unde omnes obiectiones unica tolluntur reſponſione. Hinc liuore inſanientes omneſque cuniculos anſa inueſtigantes, leges tum Pontificias, tum Ciuiles prò eorum opinione confirmanda adducunt; neſcirem an aliorum dictu potius, quam cecutientes eas non intelligentes perlexerint. & primò inſurgunt per c. ex tuarum tenore de Sortil. ubi dicitur. l. 3. cont. gen. c. 101. De Ciui. Dei c. 11.

IIX. Præsbitero qui cauſa cujuſdã furti Eccleſiæ recuperandi Aſtrolabiũ ex ſimplicitate inſpexerat, imponatur pęnitentia per annum. Dicit Abbas Panormitanus, quod ſuſpenditur ab altaris miniſterio, ergo &c. Primo reſpondetur, quod Præsbiter ille acceſſit cum quodam infami ad captandam interogationem ab Aſtris, quæ doctrina eſt Zaelis pernicioſiſſima; nam ſuperſtitioſum eſt has res particulares quærere; reſeruatum ſolum afflatis Numine. Doctrinam autem electionum, & interogationum, nemo per Aſtrolabium poteſt ſcire, pœnitus ergo reprobatur, nota quod in c. citato Abb. Pan. n. 2. vocat iſtos ſortilegios, & diuina-

uina;

Digitized by Google

uinatores, ad differentiam Aſtrologorum, ut ait citato loco n. 6. quærens, an ſit prohibita ſcientia Aſtrologiæ per ius Canonicum, & Ciuile, & numquid eam exercentes peccent? & concludit, hanc autem non eſſe in ſe malam nec prohibitam, cum ſit una ex ſeptem artibus liberalibus, & Iura permittant has ſcientias exercere l. 1. ff. de varijs, & extraordinarijs cogn. At abijt in diſuetudinem, quia ex eius occaſione homines quandoque incidebant in idololatriam, redditurque ratio, quia credebant neceſſitate adſtrictos eſſe mortales in agendo, à corporibus cœleſtibus: concludit etiam Abbas quod exercentes eam, non peccent, dummodo tamen non credant dictam neceſſitatem ineſſe, quia Deus poteſt aliter facere, ſecundum etiam opinionem D. Tho. diſtinguendo: aut enim volunt Aſtrologi prædicere caſus fortuitos hominum cum certitudine, hoc aſſerentes, & peccant, quia licet corpora cœleſtia habent inclinationem, non tamen neceſſitatem: ſed ſi Aſtrologi dicunt quem inclinatum ad tale vitium, quel quia Aſtra inclinant, ad tale quid, non tamen imponunt neceſſitatem, non peccant hæc ille. unde manifeſtè patet, quis poſſe eam exercere, & ſine peccato. Tolluntur etiam hac reſponſione omnia argumenta, quæ ex legibus deduuntur, ut ex l. Nullus Aruſpex C. de malef. & Mathem., ex l. multi C. eod., ex l. artem Geometriæ eod. titulo. ubi dicitur quod ars mathematica damnabilis eſt: intelligitur de Necromantia, & veneficio, & ſimilibus ſuperſtitionibus, nam in Tituli præfatione clarè explicatur, qui impropriè Mathematici vocentur his verbis.

Cit. c. n. 7.

2. 2. quaſ. 90. art. 5.

Continentur etiam magi qui carminibus, diris deuotionibus defigunt alios, qui fingunt cereas imagines homines necandi cauſa. Hi propriè ſunt malefici. Mathematici autem ſunt impoſtores, qui Mathematicorum liberali nomine adumbrantes ineptias ſuas profitentur ſe fata cuiuſque noſſe, & natalitias ſyderum obſeruationes. Indeque concluditur eſſe falſos augures, & Ariolos. Explicat etiam gloſa in l. Nemo Aruſpicem, qui intelligantur Arioli. in §. Ariolum, ideſt aris, vel altaribus, & ſacrificijs Dęmonum deſeruientem: Chaldęi vero, ideſt incantatores: & in l. Nullus aruſpex, explicat Gloſa in eod. §. nullus. ideſt momentorum inſpector, vel horarum, quo puncto aliquid ſit inchoandum, dicens. *Et dicitur ab aue, & inſpicio: quia ex aui cum garitu quandoque percipiunt.* Quod eſt idem dicere de electionibus, & interogationibus, ex doctrina reprobata Zaelis, & de Planetarum horis, ex doctrina Bethem, aliorumque qui hæc ſuperſtitioſa ſequuti ſunt. Si quis autem mihi non crediderit, accipiat ipſum Codicem, & hunc titulum legat de maleficijs, & euidenter agnoſcet, ibidem loqui de incantatoribus, & Sacerdotibus Gentilium Dęmonibus deſeruientibus, non verò de bono Aſtrologo. neque ego tam fatus ſum, ſequendo hanc ſcientiam, me velle captiuum Diabolo facere; cum dependeat ſcientia à veris, & naturalibus cauſis. Vulgus autem ignarus, quia non intelligit, quomodo quis poſſit prædicere, ſtatim clamat Aſtrologum incantatorem eſſe, & cum maxima admiratione tamquam Dęmones eos fugiunt, ut inquit D. Thom. *Et quia una, & eadem cauſa, à quibuſdam interdum eſt cognita, & à quibuſdam incognita, inde contingit quod videntium ſimul aliquem effectum aliqui mirantur, & aliqui non mirantur.* Sed id quod admirationi dignum eſt; quidam etiam Docti (qui ita tales creduntur) ignorantes Aſtrologiam, ad captandam laudem, potius pecuniam dixerim, vulgus opiniones ſequuntur: manifeſtantes ſe velle hanc ſcientiam ſubuertere, utpote Diabolicam, ſumma verboſitate componentes libellos, ad vulgarem intelligentiam, qui poſtea apud Viros grauiſſimos, omne id quod boni antea habuerant, deperdunt. hinc populorum iu ſtoria ri-

l. 3. con. gent. c. 10.

ſuſque : tandem vulgus ex eorum fabellis deceptus ridiculoſa ſupl!cia de eorum libellis puplice captant.

IX. Plurimi conſtanti animo, & meritò dubitantes de huius artis certitudine, cum D. Auguſtino inſurgunt, dicentes. Multi naſcuntur gemelli, & eodem tempore ex utero liberantur, & tamen diuerſam currunt fortunam, adducentes exemplum Iacobi, & Esaù, qui ſimul nati, diuerſas habuere inclinationes, ac fortunas, ergo falſiſſima Doctrina. cum ipſe Auguſtinus dicat. *Nos autem nouimus geminos non ſolum actus, & peregrinationes habere diuerſas, verum etiam diſpares ægritudines perpeti.* Facillimè reſpondetur huic obiectioni, & omnibus illis, quas D. Auguſtinus de gemellorum diuerſitate, adducit: ſi attentè conſideramus horum inexperientiam; nam quis poteſt eſſe magnus in aliqua arte, vel probitate, & in alia non eodoctus. primo namque rarò euenit, ut duo pluresque eodem momento temporis naſcantur, neque intra ſpacium minutorum triginta, ſed unius binæue horæ, unus ab altero perit lucem, ut aperte interogatæ obſtetrices teſtantur. hinc propter hoc interuallum, mundana Planetarum poſitio penitus diuerſificatur; ut clarè patebit, ab experimentis in tertio huius operis libro adducendis. Quare cauſa effectrix geniture unius, non eſt alterius, ut ex rectificationis doctrina videbitur, & aliquid ſuo loco de illa dicemus, (diximus aliquid, cum noſtra non ſit, & ſapientiori Præceptoris calamo declarandam relinquam.) Si iſti autem hæc omnia agnouiſſent, illiſque interdum ſtuduiſſent, forſitan haud temerè fuiſſent locuti. videre igitur eſt quam facili negotio, dubitatio quæ ingens apparebat nullius momenti euadet. l. 5. de Ciu. Dei.

X. Denuo per ipſum D. Auguſtinum aiunt. Nam ſi multum in cœlo intereſt, quod conſtellationibus comprehendi non poteſt, ut alteri geminorum hæreditas, alteri non obueniat: cur audent cœteris, qui gemini non ſunt, cum inſpexerint eorum natalitia ſydera talia prædicere, quod ad illud ſecretum pertinet, quod nemo poteſt ſcire, & momentis annotare naſcentium? hæc ferè ad verbum dicus. Eod. l. c. 8.

Reſpondetur. nos credere, non omnibus notam diuerſitatem mundanorum aſpectuum fuiſſe, qui tempore diuerſo ab alio, ex Geminis, nato accidunt: unique poſſunt eſſe boni, alioque mali. ideoque ex iſtis, & hæreditatem prædici poteſt alteri illorum, ſicut prædicuntur cæteris, ex eorum particularibus conſtellationibus: neque pendet hoc, ex uno tantum temporis momento (ut putant) ſed ex horario interuallo. ut in geminorum natiuitatibus accidit.

XI. Ludouicus Viues in annotationibus ſuper l. 5. de Ciu. Dei D. Aug. ſic arguit contra Aſtrologos. Si enim tam breui temporis momento, mutantur omnia, ut non diuerſa modo, ſed aduerſa quoque fiant, quis unquam de nato puero poterit aliquid prædicere? cum momentum illud: vel quo conceptus, vel quo natus eſt nemini poſſit eſſe certum? ſubit deinde, data ſyderum poteſtate, illorum tamen poſitionem neminem agnoſcere. Reſpondetur quod in eodem errore verſatur Viues, ſicut alij inceſpitant. nam neque breuiſſimo momento mutantur omnia, cum familiaritates in Zodiaco non tam citò tranſeant ut ipſe putauit, quod quidem in mundanis eueniunt. hinc ignorauit momentum natiuitatis poſſe inuenire, & ſyderum poſitiones quoniam haud erat nec Aſtronomus, neque Aſtrologus, ideo de facili excuſandus.

XII. Rurſus ipſe Ludouicus ait, D. Th. irretiri, cum dixerit in ſuo opuſculo de fato. Propterea eſſe in geminis varia ingenia, quia in locis maternis; non eod in momento totum ſemen recipitur, tum etiam centrum cordium amborum

rum

Digitized by Google

rum geminorum, cum non ſit idem: ſed varia varijſque in locis, eſſe quoque orizontes varios neceſſum eſt. Interpretat Ludouicus verba illa, ſed varia varijſque in locis, de varijs vicis ſeu cubiculis, quod inſulſum hoc cogitaſſe D. Thomam, non eſt credendum. cum potius intellexerit de orizonte genethiaco, ſeu horoſcopo ad diuerſitatem horarum ſignificandam, nec tam ignarus fuit in Aſtrologia, ſicut ipſe Viues, ſuis verbis clare demonſtratur.

XIII. Ex D. Auguſt. quæritant. Cur enim ſimiliter eodem tempore, non alter prior, alter poſterior egrotent, ſicut nati ſunt? quia utique ſimul ambo naſci non poſſunt, quia diuerſis temporibus peregrinarunt, & vxorem duxerunt, filioſve. Cur igitur non potuerunt etiã diuerſis temporibus ægrotare? Irretitur autem hic D. Auguſt. nam & ſi nati fuerant diuerſimodè, neque ambo eodem tempore, vel ſecundum ordinem natiuitatis ægrotari poterant, quia diuerſimodè proportiones peculiares habebant; neque Stellæ in agendo obſeruant præcedentiæ rationem, aut honoris, ſed configurationum familiaritates.

XIV. Quęrit eod. c. D. Aug. Si tanta diſtantia in tẽpore natiuitatis geminorum eſt in cauſa conſtellationis diuerſæ, propter diuerſum horoſcopum, & cardines; ubi tanta vis ponitur, ut hinc etiam diuerſa ſint fata? unde hoc accidere poteſt ſi eorum conceptus diuerſum tempus habere non poteſt? Reſp. fata in tempore conceptionis ineſſe hoc compertum adhuc non eſt, (& ſi aliquo fuit tempore, modo ignoratur). Secundo credit D. Aug. conceptio gemellorum eodem tempore fieri, quod incertum eſt. ſed reiecta conceptionis doctrina, utpote fortaſſe nulla, quæ diuerſimode ſortiri poteſt, aut concoqui, cum diuerſo tempore fœtus in lucem prodeant, ideoque ſola exitus infantis hora eſt exaranda, quia tunc temporis momento uterus aperitur influentiaſque recipit, quæ antea inconfuse per matrem recipiebat natus in membranulis clauſus. ex illa igitur exitus diuerſitate. & planetarum conſtellationibus, in Zodiaco, & in mundo contingentibus prædictiones ſumuntur, non verò ex diuerſitate horoſcopi, aut Cardinum, qui ad differtias temporum agnoſcendas inſeruiunt, non verò ad accidentia eruenda, dumodo in illis, & ad illos ſtellæ ſint, in aliqua inter ſe ipſas proportiones, quia tunc multum conferunt, & valent. ſimili modo omnibus alijs obiectionibus D. Aug. reſponderi poteſt, cum in ſola geminorum dubitatione verſentur.

XV. Non nulli autẽ ingenioſè dicunt. ſi vera eſſet Aſtrologia verũ, & eſſet, ut duo nati ſub eodem momento, & ſub eadem habitudine Cœli, ambo eſſent Reges, vel ambo alterius conditionis, unicamque fortunam currerent: ſed videmus, quod ex talibus, alium ad ſceptrum, alium ad aratrum natura perducit, ergo falſa de prædictionibus doctrina.

Horrendum & pęnè indiſſolubile videtur argumentum, ſi tantum verborum ſuperficies conſideratur, attamen nullo labore tollitur. Iunctinus namque primò dicit nunquam hoc fuiſſe obſeruatum de duobus, pluribuſque eodem loco, & hora naſcentibus: quod ſi diuerſis locis accidit, propter Cœli variam poſitionem, & diuerſitatem tum Orizontum, & Meridianorum, generaliumue conſtitutionum, differentia maxima reſultat, unde hoc modo obiectio non obſtat: ſecundo concedatur illis, ut volunt plures naſci eodem momento; dicamus cum eodem Iunctino: quod ſydera non ſunt in cauſa pęnitus fortuitorum noſtrorum, ſed ſecundum materiam ſubiectam, quæ agit ſecundum ſuam diſpoſitionem, unde magis, unde minus hæc inferiora corpora aflatus recipiunt, ut Lucretius teſtatur.

Huc

Huc accedit, uti non omnia, quæ iaciuntur
Corpora cumque ab rebus, eodem prædita ſenſu; De rer. nat. l. 6.
Atque eodem pacto rebus ſint omnibus apta.

Adde etiam parentum conditionem diuerſam, quorum lex naturalis eſt, ut unus ſit Rex, aut Princeps, alter verò minoris conditionis. Nichiloſecius tamen dico, quod ſi ita ut volunt naſcantur, ſimillimam fortunam current, ſeruata tamen conditionis propriæ differentia: hoc eſt ſi quis ex Rege naſcatur, ille erit ſummæ vel minimæ auctoritatis inter æquales conditionis realis. Si alter eodem tempore à nobile, vel à quouis alio ciue oriatur, erit & ille inter alios ſuæ conditionis pares, vel potens, vel infimus; & quiſque eorum multa facient, quæ inter ſe conuenient, tam reſpectu conditionis, tam naturæ euentus. ut ſi Rex aut Princeps Bello acquirat Ciuitatem, aut Prouinciam, alter coetaneus nobilis, vel plebeius poſſeſſionem agrorum, vel aliquid aliud litiuum iurgiis ab aliquo ademerit; & è contra conſidera. Sed eiuſmodi qui ſic Aſtrologiam perimere tentant, dicunt, & non adducunt exempla inſcriptis, ea tantum in verbis, & imaginatione ſupponunt.

XVI. Oſcitantia ducti aliqui dicunt, quomodo duo eodē tēpore inter ſe contumelijs iurgiſque contendunt, & alter eorum fato cedit? vel etiam quomodo quis ab alio extemplò, & proditoriè interimitur? proculdubiò, duo euentus diſſimiles eodem momento temporis accidunt; cum idem planeta ambos diuerſimodè moueat, quod non poteſt eſſe; ergo falſa Aſtrorum doctrina.

Iſti ſuis verbis ultra fatentur ſe non intelligere, & veriſſimè dicunt cum artem ignorent. proculdubio diuerſa cauſa diuerſos parit effectus, non eſt unus planeta ut credunt. nam eorum natiuitates diuerſæ ſunt, & in ſua quaque particulari directione, aliud ab altera demonſtratus ſicut etiam in reuolutionibus cum annuis tum menſtruis diurniſue. quomodo igitur quæſo erit eadem cauſa? quarè cum in diuerſo tempore nati ſint, unus eorum patitur, quia ita ex ſuis genetliacis familiaritatibus erruitur. alter, ſcilicet, eſt agreſſor, ex altera diſſimili cauſa; pariter ex proprijs criſibus unuſquiſque eorum moueri patet ſicut familiaritatem habet cum illis. Rurſus reſponderi poteſt quod una eademque cauſa ſeu ſtella agit in hæc inferiora ſecundum ſubiectam materiam, & mouet corporum diſpoſitiones, ſecundum magis illis aſſimilatur, & ſecundum eorum temperamentum ad mentem Hippo. *Non enim omni animantium generi eadem,* L. de Fla.
aut non conferunt, aut commoda ſunt, ſed ſunt alia alijs magis conuenientia; pariter D. Thom. ait. *Unde nihil probibet, quod etiam aliquis homo habeat ex impreſ-* l. 3. cō. Gē.
ſione corporis Cæleſtis aliquam efficaciam in aliquibus corporibus faciendis, quas c. 92.
alius non habet: puta medicus in ſanando, & agricola in plantando, & miles in expugnando; itaut adiuvent ad elligenda conuenientia ad finem illud. Quid clarius igitur, quid lucidius? ſtrepant ergo quantum velint nunquam hanc ſcientiam interiment.

XVII. Quidam ridiculosè inſurgit dicens, quod Ariſtot. in problematibus l. 1. Mimum cum Aſtrologo comparat atque præſtigiatore; liuor linguæ, ad eius oculos tranſiuit, ideoque litteras non bene diſtinxit: cum ipſe Ariſtoteles nunquam hoc intellexerit, immo eod. lib. Part. 12, ait (laudando ipſos Aſtrologos) *Cur aliqui in prauis interdum libentius, quam in boneſtioribus ſtudijs verſantur? V. g. præſtigiatorem aut Mimum ſe aliquem potius velit, quam Aſtronomum, aut Oratorem?* quis igitur tam abſurde Piccum (ſi tamen ità ſcripſit) hoc argumentum protuliſſe fatebitur? tamen temporibus noſtris, vulgus ignauia, etiam quæ No-

bilium ingenia obtorpeſcunt, ita ut quidam fucoſi, de hac arte loquentes, circulatoriam vocent, quod ſanè ridiculum eſt, hos audire quandoque obiurgantes aliquem aſtrologiæ ſtudioſum, cum prò ignominia vocare Aſtrologum, adeo ut quid infame ſignificaret: cum ex Græco nil aliud ſignificet, quam ſcientiam de ſyderibus. ſicut Theologia, verbum de Deo. unde pariter, ad horum dementiam, quem appellare Theologum, aut Philoſophum, erit illum conptemnere, aut irridere. Prócul hoc exiſtat ab animo verè ingenuo, & ſi quis diuerſum ſenſerit, hoſtis potius quam amator ſcientiæ dicendus erit. Hinc obſtupeo, cum audiam aliquas ab Aſtrologo petere hyanti ore prò riſû, ut geneſin ſuam faciet; petulanti, & ſupercilioſo impudentis vultu ita recquirunt, tamquam ſi res minima, ac perfacilis eſſet: credentes fortaſſe, ut Aſtronomiæ ſupputationes pares in calculis ſint, culinarum teſſeris; & ſi aliquando amicitiæ communis gratia impetrent, derident poſtea Aſtrologum, qui aliquid fauſti, vel funeſti eis prædixerit; & tunc rabia ducti negant ita dixiſſe, immo erraſſe; ſicque laborantes morbo mentis, & corporis, cum nihil interim patiatur Aſtrologus, ſuarum calamitatum factus ſpectator, nec minus pauet, cum gnoret eos aliquando ante ſe deceſſuros, inque in ſuis fatuitatibus relinquit.

XVIII. Sic arguunt alij: aſtrologos mutationes temporum, ſyderibus imputari, ſed hoc falſum videtur, cum immò ex ventis oriantur, ergo nulla ſcientia. Poſſumus quid ridiculoſius audiri? viciſſitudines tempeſtatum ad ipſos effectus pertinere? proculdubio ventus non eſt cauſa, ſed effectus ſtellarum conſtellationumque; nam exhalatio producitur à Sole cæteriſque Aſtris, ut inquit Philoſoph. *Iam cur ortiui plerumque venti ſub ortum Solis, occidui ſpirant veſpere? ratio in medio eſt, aerem noctu condenſatum, Sol exoriens dilatat, & vapores vberiores excitat, qui utrinque in partes Soli oppoſitas cientur.* Et alibi fuſius explicat. hinc videmus per quatuor anni tempora, quæ generaliter ipſe Sol conſtituit, mutari uniuerſales ventus in punctis ſcilicet ſolſtitialibus, & æquinoctialibus, ut Ptolomlatè tractat in libro de ingrant. ſell. ſign., & Comes de Verulamio ait. *Poſt motum aeris naturalem, inquiramus de Sole, qui eſt genitor ventorum præcipuus, videndum numquid ſit tribuendum Lunæ, & alijs aſtris, ex experientia clara.* quæ omnia ad comprobationem noſtræ ſcientiæ tendunt. pariter Origanus ſcribit de cauſis ventorum, & eas refert ad ortus occaſuſque ſtellarum fixarum. ita Cardanus, & alij quam plures, exhalationes, à radijs ſolaribus cauſari fatentur. neſcirem igitur quomodo caſû erumpant ſine cauſarum impulſû, dicant quid vellint, ſua verba ignorant.

Du Hamel Metheor. l. 1. c. 3.

De vent. rat. art. 2. n. 2.

Aſtrol. nat. memb. 2.

Tex, 6. l. 2.

XIX. Aſtrologos iudicare per cœlorum imagines, cum ſint illæ fictæ, ac imaginariæ, increpant quidam inſulsè dicendo, quid abſurdius ponere Arietem, Taurum, Pegaſum cæteraque alia figmenta in cœlis, cum re vera neque illorum animalium figuras rapræſentent aſtra? Reſpondet Iunctinus horum dementiæ; quod licet imagines ſint fictæ, attamen ſic nomina fortaſſe ſortita fuere, quia effectus ſtellarum illam figuram componentium, ſimilitudinem illius animalis experimento, peritos cognouere: vel potius dicere poſſumus eſſe diſtincta ſigna nominibus, ut melius cognoſcerentur, quod probabilius eſt. ſicuti enim homines agnoſcuntur diſtinctè propter nominum differentiam, aliàs in confuſo eſſent; ad noſtram verò intelligentiam nomine, una res ab altera diſtinguitur. ſic de imaginibus cęli dicere poſſumus. effectus autem illarum ſtellarum ſicut referuntur ad ſeptem Planetas, ſic inſpecta earum natura, ita ab experientia iudicatur. Quis enim fuerit, qui hac nomina planetis, ſtelliſve indiderit nemo affir-

mare

Digitized by Google

mare potuerit. hoc autem prò certo habetur, Græcos plurima ſuorum Heroum nomina ipſis aſtris dediſſe. Comes de Fliſco ait. *Conſtat enim ex Chaldęorum monumentis: ante Argonautas in cœlo nauin ſignatam fuiſſe, aliaſque ſtellas quæ Prophetæ memorantur; qui multis temporibus Græcos præceſſerunt.* hæc ille; habemus hoc confirmatum ex ſacra pagina. *Numquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiades, aut girum Arcturi poteris diſcipare?* hinc etiam Pſalm. 146. clare legitur. *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat?* & ſimiliter ſacer textus de Sole & Luna mentionem facit. verumtamen multa ad hominum libidinẽ mutata fuere, ut inquit ipſe Fliſcus in principio ſui operis. *Quæ quidem nobiliſſima ſcientia, tandem fuit Chaldęorum, Arabum, Græcorum aliorumque ſuperſtitionibus inumeris conſpurcata.*

In 1. de cauſis mut. Imp.

Iob. c. 38.

XX. Arguunt ratione ducti cõplures ſic. Aſtrologi ponunt Stellas maleficas, illaſque prauitatem in homines influere; unde Deus eſſet Opifex, & Creator malorum; ergo ſi hoc maleficium iure ſyderibus impingitur, Deum fateri cogimur vitiorum Auctorem. Stringunt iſti rationes ſuas, pietate inſigniti (potius ſimultate dixerim malitiaque recondita præditi) cum obiectionibus, quarum concluſiones aliquid impudens contra religionem præſefferant; ideoque omnibus conatibus ad hanc ſcientiam deſtruendam nituntur: ſed eorum caliditas ab ipſa verborum paſſione ſingulariter ellucet. Quid enim peius dicere Deum eſſe impietatis Auctorem? hac autem ſententia apud Aſtrorum Peritos proculdubiò non eſt. Equidem conſtituunt Saturnum, & Martem, eſſe maleficos, quoniam affectus exitiales producunt, non ex eo quia in Cœlis malum ſit, nec inordinatio, ſed propter varias configurationum poſitiones; cum materia ſubiecta non poſſit illas impreſſiones ſufferre, operantur quoad nos malum, & ſic per accidens; cum corpora Cęleſtia influant ſecundum inferiorum paſſionem. Creauit autem Deus Stellas, quæ maleficæ vocantur in Cęlis, ſicut ſerpentes aliaque animalia venenoſa in terris, & quod uni fortaſſe non prodeſt alteri tamen qaandoque iuvat, ſecundum eorum naturam, & relationem: & ſi mala patiuntur homines, per hoc Deus non eſt Auctor.

Nam quamquam fera tempeſtas, & iniqua fuerunt
Sydera, non tamen omnino præſentia divum
Abſuit a nobis, placidi, & clementia Cęli.

Fracaſt. in Syphil. l. 2.

XXI. Sequuntur & alij arguendo, quod hac ars ſit occupatiſſima vanitas, cum multi Mathematici fefellerunt, qnia multa ſibi lucra promiſerint, & damna inuenerint. Verum quidem hoc eueniſſe putandum, quia inſecuti fuerint Chaldęorum, Arabumque doctrinam, cum procedat obiectio de nimis curioſa Aſtrologia, & fatuitate Geomantica, ut habet Iunct. licet multi inconſultè, & abſolutè eam vocent vanam, & inutilem, redarguit tamen eis auctoritas D. Hieronymi ſcribens ad Paulinum, affirmans Medicorum, Aſtronomorum, Aſtrologorumque ſcientiam mortalibus utiliſſimam eſſe; cum autem vanitates, quæ ipſam ſcientiam coinquinant reiciantur, vera eſt, & non vana ad mentem Ioa. Baptiſtæ Senij Genuenſis. *Huiuſmodi labem* (ait ille) *ab Ægyptijs, Chaldęis, ipſiſque Græcis diuinæ ſcientiæ aſperſam detergere, ſuo pro conatu eſt Claudius Ptolom. attamen omnia cribro non expurgauit, maximè ea quæ ſub aliorum verborum intelligentia occulta latebant.* Quod equidem partim ingenium Titianum, & Vetulamenſe, cum Clariſſimo Contalonerio, alijque compluribus, ad claritatem eam deduxerint, & quod magis intereſt ad naturales regulas, & ſimpliciſſimas, ut in exemplis intrà copioſè demonſtrabimus, aptauerint.

In Orig. Præfat.

XXII. Si quis autem dicat; ſi vera eſſet Aſtrologia, & aliquid ex ea prænoſci poſſet, certiſſimè etiam Aſtrologus mala ſibi euentura euitaret, ſæpiuſque pericula mortis euaderet: ſed contrarium experimur, cum plurimi cœleſtia contemplantes incidant in foueam; ergo nihil ſcienter prædicere poſſunt. Reſpondet D. Thom. in lib. de ſort. huic obiectioni dicens. *Pauci enim ſequuntur intellectum, ſed plurimi ſenſum, quare ut in pluribus ſequuntur diſpoſitiones cæleſtes, veluti beſtiæ faciunt; homo autem licet ſcientificus à ſenſu ſæpiſſime regitur, ideoque ſinit ſe ab illis gubernari, quam à ratione, ſenſus autem ſubijcitur corporibus cæleſtibus, non intellectus, ideoque Stellæ operantur ſuos effectus.* Obſeruandum tamen (ut iam diximus) quod multi ſunt euentus, qui extra noſtram operationem ſuccedunt, & illos neque ſapiens euitare poteſt: illi vero, qui adhuc à noſtro intellectu dependent, ut in electionibus, poteſt ſcitus reſpicere, & adiuvare, ſi boni ſint, ſi mali, reſpuere, ad mentem D. Th. & Scot. aſſerentes quod per ſyderum poſitiones ad bene, vel ad male eligendum aptatur, & diſponitur homo, ut liberè eligendo, per malam electionem miſer, per bonam felix euadat; verba D. Tho. circa hoc propoſitum ſunt hæc. *Nam impreſſiones corporum cæleſtium in corpora noſtra cauſant in nobis naturales corporum diſpoſitiones, & ideo ex diſpoſitione relicta ex corpore cæleſti in corpore noſtro dicitur aliquis, non ſolum bene fortunatus, aut male, ſed etiam bene natus, aut male.* Obſeruandum eſt etiam, quod quamplurimi aſtrologi ducti odio, vel amore falſa prædicunt, unde conſiderantes proprias genituras, ſi aliquid boni vident magnificant illud, ſi mali, minuunt, præterea hic exempla quam plurima Virorum ſapientum, qui mala ſibi iminentia prævidentium, aufugendo, in illa inciderunt. Sufficiat hic unicum enarrare, quod reffert Iacobus Philipus Tomaſinus, de Valentino Naiboda Mathematico Excellentiſſimo in eius vita, ait enim. *Conſtat enim ſuis amicis ſignificaſſe non rarro, ſibi ex ferro ſubitæ mortis periculum iminere. quo cum directiones infauſtæ acceſſiſſent, timore correptus illico inter domeſticos parietes ſeſe penitus abditum occultauit.* inde proſeqiendo ſcribit. *Cum ecce domi Dominus de numis exigendis ab illo cogitat, & apparente nomine, Prætorem adit, ut eius auctoritate clauſæ fores aperiri queant, qaod petit impetrat, effringuntur a ſatellitibus fores, euolant ad ſuperiorem ædium partem, ibique fetens, & lacerum Valentini cadauer, haud procul ab eo loco in quo ſtudens ſedere conſueuerat humi iacere (triſte plane ſpetaculum) ſtupore defixi altiſſimo, deprehendunt.* Cur igitur hoc quandoque eueniat Dei ſumma, ac inexplicabilis ſapientia videt: noſtrum autem hoc non eſt perſcrutari. dicendum ſanè eſt quod Naiboda euentus paſſus fuit, illius conditionis, qui exteriores vocantur, quorum eſſe non dependet a ſensù, & paſſionibus humanis.

l. 3. cont. Gent. c. 94.
2. Sent, diſt. 14.
l. eod. c. 92.
Illuſt. Viror. Elog. P. 2.

XXIII. Sed quia etiam Cicero aliqua deduxit contra Aſtrologos argumenta (licet nihil crediderit) nonnullis eorum ſatisfaciemus; & primò cum dixerit, & admirationem caperit, de illis, qui dicunt, omnium omnes ortus quicumque gignantur in omni terra, eoſdem eſſe eodem omnibus, qui eodem ſtatu cœli, & ſtellarum nati ſunt accidere neceſſe eſt. increpat poſtea, quod nec nomen quidem interpetrum merentur; cum diſſimiles finitores varietatem maximam habeant; alijque in alijs locis ſint; ergo concludit, ut confitendum ſit illis, eos quos natos eodem tempore poſſe in diſſimiles incidere naturas propter cœli diſſimilitudines. Reſpondetur quod ſi Chaldei hoc dixerint falſum profectò perhiberunt, cum non poſſit eſſe ortus unius, ortus alterius aliunde degens, licet eodem momento ſit natus, propter varietatem (ſicut ipſe dixit) orizontiuum, aliarumque

lib. 2. de Diui.

Digitized by Google

rumque ſtellarum diuerſam poſitionem in mundo, & Zodiaco tenentium, tum propter diſcrimen meridianorum, tum propter alia. ſed non Chaldęos illos ſapientes, verum impoſtores illa dixiſſe exiſtimauerim.

XXIV. Quid verò tibi vellit dicere illis verbis, quibus contra ſapientes inſurrexit, neſcio, ſcribit autem. Hæc igitur cum ſit tum ſerenitas, tum perturbatio cœli: eſt ne ſanorum hominum hoc ad naſcentium ortus pertinere, quod non certè pertinet? proculdubio ipſa ſerenitas ad ortus hominum non pertinet, cum ſit mutatio tempeſtatis, ſed pertinet eo modo, quo recipiens eſt aptus ad illam mutationem, ſeu influxum recipiendum, nam in ipſo aere cauſabit ſerenitatem, vel tempeſtatem, in hominum autem ortu aliquid aliud, ſecundum ut ſæpe diximus aptitudinem ſubiectæ materiæ. Variæ verò aſtrorum ſituationes, ac familiaritates ad inuicem tum in mundo, tum in Zodiaco occurrentes variè influunt; ob idque igitur, tum eſt ſerenitas, tum perturbatio cęli, varièque etiam in naſcentium ortus diſponunt, ut inquit D. Thom. *Impreſſiones enim cauſarum naturalium recipiuntur in effectibus ſecundum recipientium modum.* Sed hæc Cicero vel ignorabat, vel ad riſus ſic ſcribebat, ut in omnibus fecit. *l. 3. cont. Gent. c. 86.*

XXV. Rurſus ſic ratiocinatur. Quis enim non videt, & mores, & formas, ac pleroſque ſtatus, à parentibus liberos effingere? ſed hoc non contingeret, ſi non procederet à natura gignentium, ſed à temperamento Lunæ, & moderatione cęlorum, ergo &c.

Reſpondetur omnia concurrere ad viuentium generationem, ut Ariſt. ſcripſit. Sol, & homo generant hominem, & D. Thom. *Animalia enim perfecta non ſolum generantur ex ſola virtute cœleſti, ſed ad hoc requiritur determinatum ſemen.* Et Galenus confirmat. *iam verò & in terrenis animantibus, quum exata fruuntur valetudine, aliud etiam imprægnationis, partus incrementi, perfectionis, vigoris, inclinationis, & diſſolutionis numeri proportionem* (nempe aſpectus ſtellarum) *poſſidere.* Ait plerumque videntur filij à Patribus diſcedere moribus, virtutibus, alijſque ſignis, unde cum non ſemper parentibus aſſimillentur dicendum ſequitur, propenſiones à ſtellis etiam dependere, ac prouenire. *Loco. cit. l. 2. de dieb. decre. c. 2.*

XXVI. Quærit autem, cur multi, cum ita nati eſſent, ut quædam contra naturam deprauata haberent, poſtea reſtituerentur, & corrigerentur, ab ipſa natura? ſed ſi ab aſtris ingenerata eſſent, profectò nulla res poſſet mutari, & mutatur; ergo non ab aſtris mutationes dependent. Reſpondetur facillimè, quod immò mutantur, cum ſubſequentibus conſtellationibus, quæ poſt diem natiuitatis ſequntur, multaque diſponunt, vel ad perfectionem, vel ad diſſolutionem. Galen. enim hoc probat dicens. *Nam cuiuſque animantis conceptum ſuum generis ſtatumque tempus exactè ſeruatur; natura videlicet ordinatos motus ſemper habente; ſic enim poſt editionem, ſeu partum unumquodque animans, increſcit, abſoluitur, & declinat, præfinitis temporibus.* ſed ipſe Cicero idem fatetur, & contra ſe, cum alibi dixerit. *In Lunæ quoque curſu eſt brumæ quædam, & ſolſtitij ſimilitudo, multaque ab ea manant, & fluunt; quibus & animantes alantur, augeſcantque & pubeſcant, maturitatemque aſſequantur, quæ oriuntur è terra.* unde quid magis, de inconſtantia Ciceronis? *l. eod. c. 2. De natur. Deor. l. 2.*

XXVII. Rurſus arguit. diſſimilitudines locorum, diſſimiles homines faciunt; ergo plus terrarum ſitus, quam Lunæ tractus ad naſcendum valet. Tulius malè intellexit aſtrologiam, & cauſatum prò cauſa ponit; ſed melius adderem ego, terrarum ſitus concurrere cum cauſis ſecundis, ad diſſimilitudinem naſcentium gignendas. Intercuelia enim locorum diuerſos homines faciunt, veriſſimum eſ-

De generalibus, & particularibus influxibus. Cap. IV.

OBiectiones ſupradictæ illorum ſunt, qui penitus Aſtrologiam ignorant; ſolum autem in libellulis, qui annuatim venduntur, dies feſtus ab alijs operibus ſacratis, diſcernunt, & notant, ipſaque Lunæ quartas difficilimè oculis perluſtrant. Immò ad hanc ſtulutiam deueniunt, quod die Lunæ, nunquam Luna cum Sole coeat: ferè ut planeta prò reuerentia diei nomini ſuo dicati nunquam mortalium oculis abſcondatur. Hanc ſuperſtitionem vel ignauiam craſſiſſimam, ſolum hæreditaria imaginatione firmatam habent; & inde tamquam magiſtri, ac ſapientes contra ſcientiam inſurgunt, neſcienteſque prò falſa oſtendere conantur, quam nunquam didiſcerunt. ita ut cum D. Hieron. exclamare poſſim. *Puerilia ſunt hæc & circulatorum ludo ſimilia, docere quod ignores, immò, ut cum ſtomacho loquar, te hoc quidem ſcire quod neſcies.* Attamen illorum verba inania ſunt, neque Mimorum luſu veritas tollitur, neque garula annus, nec delirus ſenex, ac ſophiſta verboſus virtutem abluere poſſunt. iactitent quid velint, ſemper rabidè loquentur, & prò fatuis ſeſe oſtendent. ad inſtitutum igitur redeamus. L. 2. epiſt. famil. 1.

Stellarum influxus, in uniuerſalem, & particularem diuiditur, ſicut duplex eſt eorum prognoſticatio, iuxta mentem Ptolomęi. *Dicemus ergo quod quia ſtellarum prognoſticatio, in duo diuiditur, quæ ſunt maiores, & potiores eius partes, quarum prima, & quæ eſt uniuerſalis, illa pars eſt, quod in regionibus ac aeris futurum ſit, vocaturque pars uniuerſalis; ſecunda verò pars quæ prædicta minus eſt uniuerſalis, eſt illa, qua quid unicuique futurum ſit depræhenditur, nominaturque natiuitatum, ſcientia.* Clarè autem demonſtrat Auctor, duos eſſe modos influendi in hæc inferiora, pluresve cauſas uniuerſales, & minus uniuerſales, quæ mutationes omnium generum conſtituunt. Comes de Fliſco ordinatim oſtendit, quales, & quot ſint primi generis, mutationum cauſæ, nempe magnæ, & maximę coniunctiones ſuperiorum planetarum; traslationes ſyderum de ſigno in ſignum, verticalitates aſtrorum fixorum, quæ poſt multum temporis ſpatium, crebraſque circulationes ſupra Polum quarumcumque Regionum, & Ciuitatum fiunt æquales, vel complemento Regionis, quæ horizontales dicuntur, maximaſque mutationes pariunt, cum ex aliqua planetarum configuratione ſimili, ac correlatiua, impulſum habuerint. tunc bella, incendia, ſi de natura Martis, peſtes fames diluvia, ſi de natura Saturni, ac Veneris, Lunæque ſimul; & ſic de ſingulis effectus gignunt, ſecundum ſtellarum naturam, quibus aſſimilantur. hinc ſequitur mutationes abitum planetarum de ſigno in ſignum, Stellæ nouæ in firmamento exorientes, Cometæ, qui gignuntur ex præcedentibus maximis, ac diuturnis conſtellationibus, Eclypſes Luminarium, non negligendæ illæ, quæ à maculis ſolaribus fiunt, cum partem luminis impediant, neque etiam, quæ in ipſis Planetis cauſantur, ob aliorum interpoſitionem, vel ab ipſa Luna, quæ planetas omnes obſcurare poteſt, ſi abſque latitudine cum eis coeat; ſicut Iupiter Saturnum, & ſic de cæteris. Origanus fusè de Eclypſibus tractat in ſua Aſtrolog. naturali, & de alijs cauſis generalibus; ſicut Meſſahalachi de ratione circuli, & ſtellarum c. 5. & c. 7, tum etiam de magnis coniunctionibus, de quibus ita loquitur in c. 9. *Scito quod res maximæ atque mirandæ accidant ex coniunctione planetarum ſuperiorum, & hoc ſit propter tarditatem motus eorum.* ex quo colligitur, quod propter crebras circulationes, & maximam durationem effectus grandiores Quadr. l. 2. c. 2. Membr. 2. c. 1. & 2.

res oriuntur. quibus omnibus præuiſis, ac bene conſideratis, de particularibus poſtea poterit quis coniecturam facere, quomodo unicuique in ſuis natiuitatibus (quæ eſt ſecunda pars diuiſionis influxuum) ac directionibus, reuolutionibuſque conueniat. Hinc ellicitur, quod uniuerſalis conſtellatio comprehendit, & ſuperat illam particularem indiuiduorum, ut Ptolom. teſtatur: *Quapropter* quia *debiles naturæ ſub fortioribus, & particularia ſub uniuerſalibus, in ſuis omnibus qualitatibus continent, neceſſe eſt, ut qui obſeruare quærunt particularia, ea quæ ſunt uniuerſaliora, & maioris occaſionis prius obſeruare feſtinent*. Vnde Aſtrologo, tam facile credendum non eſt, pronuncianti, de alicuis geneſi, niſi prius generales conſtitutiones Regnorum agnouerit, ut ait Meſſahalach, & ob hoc neceſſaria eſt ſcientia rationis climatum, atque regionum. Ex hoc autem euenit, quod licet quis in ſua particulari natiuitate cauſam euidentem alicuius euentus, ut puta, mortis violentæ, vel quid aliud deprehenderit, attamen, ſi ab aliqua ex ſupradictis conſtellationibus uniuerſalibus Bellum, peſtis, vel populi furor, indicabitur, ferro, vel morbo perierit, ad mentem aſtrologiæ Principis l. 2. quadr. c. 8. Vnde quando quis quærit quomodo tot gentes occidantur in unica pugna, aut Bello, ſi diuerſis temporibus nati ſint? Reſpondetur ſubiacere omnes, illę generali conſtitutioni, ſub qua regio illa verſatur: ſed hic ſtatim aliquis inſurgere poteſt dicendo, inter duos exercitus unus eorum victor euadit, alter deletur, ſed ſi generalis conſtitutio influeret proculdubio vel ambo perirent, vel uterque triumpharet: at multoties unus eorum victor remanet, cum maxima mortalitate alterius, ergo falſum, quod dicitur de generalibus influxibus. Faciſſimè tollitur obiectio, ſi conſideramus qualis exercituum exiſtant Duces; qualis eorũ genitura potentior ſit, nam milites omnes inferiores, non ſolum ſubijciuntur influentijs uniuerſalibus, illius Ciuitatis, aut loci, ſed illæ Imperatoris exercitus: ita ut ſi Dux ſupra alterum hoſtem potentiorem habuerit genituram, aut directionem, plus reſiſtet conſtellationi generali alterumque ſuperabit, & vincet, omnes enim alij fortunam ſui Ducis ſequntur, quod hoc naturale exiſtit. ſicuti verò ſubditi felices, vel infelices ſunt reſpectu Regis, ac ſui Principis gubernantis, cui parent; ut hoc facilè experitur in priuatorum familijs, ubi fortunæ patri familiæ ſubiectæ ſunt. ſortemque ſiue bonam, ſiue malam illius ſequuntur. hoc tamen generaliter intelligendum, nam ſi aliqui ſaluantur in Bello, vel aliquo alio infortunio, ratio ea eſt, quia minus ſenſerint de illa generali conſtellatione, vel quia eorum genituræ potentiſſimæ ſint, vel quia minus correſpondent generalibus: attamen in periculo omnes verſantur, ac panico timore de illo diſcrimine ſentiunt, ac aliqualiter patiuntur. idem eſt dicendum de illis, qui naufragio ſubmerguntur; verticalis aliqua ſtella illi loci inſiſtens, vel aliqua alia cauſa, tum ipſius Nauis, aut claſſis Domini infortunium, cui omnes alij obediunt, iminens cauſatur illud naufragium; aliqui verò miraculosè (ut fertur) periculum ſuperant, quoniam, ut dixi, eorum natiuitates, directiones fortiſſimæ ſunt, vel quia minus uniuerſali correſpondent: attamen adſunt omnes in periculo fortunamque currunt. Sed quæſo cur iſti, qui ſic prolixè argumentantur, numquam natiuitates horum, qui ſic pereunt inueniunt? nam fortaſſe habebunt etiam particulares cauſas, & correlationes, quæ cum illis generalibus aliquo modo correſpondebunt. ut inquit Iunctinus, reſpondens obiectioni de morte Sanctorum Inocentium, quod ſcilicet poterat eſſe, omnes illos innocentes habuiſſe particulares conſtellationes, ex quibus in mortem violentam incurrerent, quæ diuerſis modis à Cœlo cauſari poteſt; vel quod pote-

l. 1. l. 1.

De rat. Circ. c. 2.

rat eſſe generalis influxus, qui ſuper infantes dominaretur. nam iſtæ maiores familiaritates ſyderum, eos conſumunt, qui maiorem cum ipſis affinitatem habent, cum generalis ſecum trahat minorem, quod ab ipſa etiam lege Ciuili confirmatur fundata in natura, quod acceſſorium ſcilicet ſequitur naturam ſui principalis l. cum principalis ff. de reg. iur. neque hic obſtat Picci Mirandulani argumentum; Aſtra cauſas uniuerſales eſſe, & ut tales nullum indiuiduum attinere, vel attingere poſſe, niſi æqualiter ad omnia, & ſingula. Etenim Piccus concedit celeſtes cauſas uniuerſaliter influere in omnia ſubiecta corpora (contra ſuam ſententiam cum alibi influxus neget) ergo effectus euenientes erunt ſine diſcrimine inter ſe ſimiles; & æquales in omnibus, & ſingulis: adeo ut ipſe Sol pari modo ceram liquet & lutum, & omnes homines aut iracundi, aut patientes; ſed contrarium manifeſtè experimur; ergo abſurdum profert. D. enim Thom. apertè diluit eamdem Mirandulani obiectionem, ita ſcribens. *Alio modo ſecundum quod imprimunt in corpora noſtra, ad quorum immutationem inſurgunt nobis aliqui motus paſſionum, vel per eorum impreſſionem efficimur habiles ad aliquas paſſiones, ſicuti cholerici ſunt proni ad iram,* cum ſequentibus. adde etiam quod ſæpe diximus, quod omne agens, agit iuxta paſſibilis ſubiecti materiam, & ſic quando incorporibus influxus uniuerſales inueniunt diſpoſitionem, & potentiam proximam ipſis correlatiuam, ibi operantur. hinc manifeſtè patet, quod effectus qui ad actum educitur ſimilis eſt ſuæ præſiſtenti cauſæ; unde ver. gr. cauſa caloris, non poteſt producere frigiditatem, ſicque colligitur, & quidem naturali ratione, quod influxus uniuerſalis faciat aliquem effectum, in aliquo indiuiduo, qui præſiſtenti potentiæ aſſimuletur, quę in ipſo indiuiduo exiſtit. Mirum igitur non eſt, ſi ex uniuerſalibus ad particularia Aſtrologi deueniant pronuncianda. vocantur autem cauſę uniuerſales reſpectu propriæ eſſentiæ, particulares verò reſpectu corporum inferiorum. quid ergo explicandum remanet circa obiecti rei o utionem, niſi horum ignauiam deteſtari, qui non inſpecta aſtrologia, impudentes, atque odio laboris contra eam inſurgunt; quid dementius, quam velle ſuperare artem illam, quam non agnoſcunt? & ſi aliquis ex iſtis aduerſarijs quandoque aſtrologiam tractarunt, tam ineptè & ignoranter eam crediderunt, quod mirum non fuit, ſi illam tamquam vanam proclamauerint. noſtri temporis ſcientia corrigenda eſt, & quam maxima cenſura reuiſenda, in illaque verum quod inuenitur amplecti, & à falſitate ſuperſtitioſa vindicare; myſteriaque ſane interpretanda, non verbaliter intelligenda, de quibus breuiter verba faciamus. Lib. 3. cont. Gent. c. 85.

Quæ ſequenda ſint, & quæ reijcienda in Aſtrologia.
Cap. V.

Licet autem ex profeſsò materiam hanc de examine Aſtrologiæ veteris inſtituendam non aggrediar; (cum hoc clariſſimo ingenio Præceptoris mei relinquam) attamen aliquid ſtrictè dicam, adeo, ut quis ex ſtatutis directionibus intelligere poſſit eaſque naturali ratione, & fundamento eſſe formatas cognoſcat, & proinde iudicium minus fallax reſultare videatur.

Siquidem verum eſt, tot & tam fucoſas nugationes eſſe adinuentas in hac nobiliſſima facultate, & tam varia ab hominibus, qui ignorantes, ipſa tradiderunt documenta, & præcepta, ab alijs deprompta, & minimè intellecta, quæ à na-

D tu-

turalibus rationibus prius remota, inde ſuperſtitionibus fundata, penitus illam euerterunt: ac quamplurimum ex eorum regulis inter ſe diſcordantibus fallacia, & nihil veritatis relucet; adeo ut in deſuetudinem ferè abijt, ut notatur in præfatione Rubricæ C. de maleſ. adde auaritiam, animumq. lucrandi illorum qui falsè vocantur ſapientes, ipſaque auri cupiditate, ex qua multa fingunt, & dicunt, de his Cardanus ſic ait. *Cum lucri cauſa alias artes inanes tractando, illas aſtrologiæ vellamine muniunt, quemadmodum Geomantici, qui primafigura certo ſigno tribuunt*. Et Ptolo. pariter ſcribit. *Primum quidem intelligendum multa errata eorum, qui parum accuratè in re magnæ, & multiplicis conſiderationis verſantur, derogare fidem ſcientiæ, & facere, ut fortuita videantur etiam quæ veritatem complectuntur*. Rurſus ſapientes, qui hanc artem tradiderunt, eam nimis occultè, & ſub verborum ambage vellatam ſcripſerunt, ut ſunt omnes nobiliores ſcientiæ, nulla profectò alia ratione, niſi illa, quam Nicephorus Gregora refert. *Illi enim vetant ne arcana Philoſophiæ impuris adhuc animis communicentur. nephas enim eſſe, ut ea quæ magnis laboribus parta ſint cuivis offerantur. præterea publicè philoſophandi conſuetudine magnam apud mortales rerum diuinarum contemptum pepetiſſe*. hæc ille. acceſſerunt etiam linguarum traductiones, de Chaldęa in Arabicam, indeque in Græcam & Latinam, ex quo factis ſenſuum mutationibus, male conuerſæ fuere, de quo D. Hieron. quæritur ita; *Quod etiam ſapientiſſimo cuidam nuper apud Græcos accidit, ut interdum ſcripturæ ſenſuum relinquens unuſquiſque interpretis ſequeremur errorem*. Hinc etiam quod omnium malorum fuit maximum, Biblyothecarum incendia ſecuta ſunt, Bellorum direptiones, Ciuitatum euerſiones, difficultates tranſcriptionum propter Typographiæ vacationem, multarumque aliarum cauſarum euentus. Propterea meliores ſcientiæ, ac facultates deperditæ ſunt. ſolummodo non nullis fragmentis relictis, tempore ita abraſis adeoque conſumptis, ut ipſe Ptolo. fateatur non ſe bene intelligere eorum rationem, unde mirum non eſt ſi vanitatibus repleta videatur aſtrologia quapropter exclamat Com. de Fliſco. *Quæ quædam nobiliſſima ſcientia tandem fuit Chaldæorum, Arabum, Græcorum, aliorumque ſuperſtitionibus innumeris conſpurcata*. & alibi etiam dicit. *reformanda ergo eſt aſtrologia, cum naturæ ſignorum, neque circa generalia, nec circa particularia perſeuerare poſſint, ſed ex introductione ſyderum in nouo ſigno naturæ mutantur*. hæc ille.

Supra pri. di. de Ind. *Ptol c. 2. l. 1. de Iud c. 2.* *Hiſt. Rom. l. 8.* *Epiſt. 14. l. 1.* *l. 1. quadr.* *In lib. de mut. Regn.*

Nam ſtellæ ex diuerſis apparentibus locis diuerſimodè operantur, ideoque tempore Ptolomęi erant in uno loco, ex quo receſſerunt, ad alium proprio motu tranſiuerunt, mutationeque ex eo prouinciarum Regnorumque translationes ſequutæ ſunt. Illud autem quod abſurdum eſt in hac ſcientia fictione fortioneque aliqua inuentum; fortunarum ſcilicet partes, horoſcopus Lunaris, aliorumque planetarum. Nam Arabi, partes Amicorum, itinerum, Religionis fabuloſo cōmento inuenerint; ut ait Card. *Quarum genus eſt eorum, qui ob lucri, eiuſdem cupiditatem res inanes confixerunt, ut partes, & gradus debilitatis, & putei taliaque multa*. Siquidem enim non ſunt ponenda ſydera in cœlis, quæ in rei veritate non apparent, & tantum parti fortunæ tribuerunt; ut ſi Sol, neque Luna reſpiciant horoſcopum, pars fortunæ verò illum aliquo radio illuſtret, ei totius vitæ gubernaculum dare tradunt; ut Ptol. docet: quod certè res fictitia exiſtit; nam aut adeſt hæc ſtella ſeu pars fortunæ, & videtur, vel non, ſi exiſtiſſet proculdubio quis aliquando eam vidiſſet; ſed nunquam neque nudis oculis, neque perfectiſſimo Theleſcopio detecta fuit, ergo nulla ratio militat propter eius exiſtentiam.

comm. ſup. l. 1. Ptol. *Quadr. l. 3. c. 10.*

Rur-

Rurſus, ſi partem fortunæ dicant eſſe Orizontem ipſius Lunæ, & tantum ab ipſa diſtare, quantum Solem ab horoſcopo, eamdemque virtutem actiuam habeat, ac illius Solis; hoc falſiſſimum demonſtratur, cum Sol nihil agat in horoſcopum, niſi in ipſo, vel prope ipſum ſit, ſicut etiam omnes aliæ ſtellæ faciunt, ergo neque Lunaris horoſcopus operabitur, niſi in natiuitatis horoſcopo degerit. omnes autem planetæ, cæteraque aſtra agunt in corpora inferiora reſpectu loci in quo degunt, & permeant, ita etiam ipſa Luna prò mundana, aut Zodiacali conſtitutione influit: neque planetarum radij ad lineam aſcendentis operantur, niſi aliud ſydus in eo degens, eos aſpiciat, vel æquidiſtantia coſmica, vel aſpectu in Zodiaco, non verò inter ipſum planetam, & lineam cum ratione careat; in illud enim expanſum radius non poteſt recipi, & inde comixtionem facere, cum aſcendens, vel alteræ domorum lineæ lumen ex ſe non habeant, niſi ſtella aliqua illas partes illuminet, ad hoc ut radios alterius aſtri, prò ſua paſſibilitate, ac actiuitate recipiat.

Inſuper conſtituunt partem fortunę, prò ſubſtantiarum ſignificatione, ut Ptol. *Quadr. l. 4. c. 1.*
tradit. *Qualiter rerum ſubſtantiæ qualitas adueniat, & à ſola parte fortunæ notitiam depræhendamus oportet &c.* cum potius rationabiliter ab ipſa Luna hoc eueniat, ut etiam ipſe contra ſe fatetur, cum dixerit. *Duas ſtellarum erraticarum, Iouem ſcilicet, & Venerem, Lunam etiam ſecundum priſcæ viros auctoritatis,* *Lib. 1. c. 5.*
fortunas eſſe dixere. reditque rationem, *eo quia earum eſt complexio temperata, & quod eis multum caloris, & humoris ineſt.* Et Cardanus pariter ſcripſit ita. *Comm. l. 1. de Iud. c. 4.*
Manifeſtum eſt igitur quod Luna dum luminibus plena eſt, maximas adducit felicitates, quoniam calida ſatis eſt prò humidi ratione, ubi verò vacua debiliter quidem nobis benefacit. Sed ſi tantum tribuunt aſcendenti ipſius Lunæ multo magis deberent ipſi corpori Lunari donare, cum poſt Solem multum Luna in hæc inferiora agat. ita ut ipſe Ptol. dicat. *Sol eſt fons vitalis Luna naturalis.* Sol nam- *Aphor. 86.*
que maximum undequaque calorem diffundit, Luna verò magnam humiditatem. unde ab illo qualitates actiuæ, ab hac paſſiuæ egrediuntur, atque adeo vitalem calorem humiditatemque naturalem procedere, quod neceſſarium eſt ad vitam tuendam, multum verò augumenti circa ſubſtantias in hæc inferiora Luna agit, veraque fortuna exiſtit, ut docet Argolus. *Ipſa autem cum prò luminis co-* *De dieb. critis. l. 1. c. 5.*
pia corpora affatim humectare credatur, ex his depræhendi poterit rerum incremento eſſe Lunæ momenta, ac plantationibus accomodata. hinc agriculturæ, & Nauticæ multum confert, atque in dies illarum artium peritis manifeſtatur; idem *De dieb. decr. c. 2.*
Galenus aſſerit dicens. *magna ſanè, Lunæ opera in hanc rerum ſubſtantiam apparent, verum Solis effectibus poſteriora.* Exempla etiam quamplurima, & experimenta, quod ab ipſa Luna ſubſtantiæ eueniant, apud Virum grauiſſimum Confalonerium extant, (quæ anuente Deo aliquando dabit). ſed quam magis veriſſimum experimentum inueniri poteſt, quàm in me ipſo, cum tenuitas infelicis fortunæ meæ, ab ipſa Luna demonſtretur, à nullo beneficorum radio irrorata, carente lumine, in occidentali cardine geniture meæ degente, tamquam forma ſine materia; & id quod magis conditionem deprimit, ex eo infertur, ipſam Lunam æquidiſtantem ab angulis rectis cum Sole, dediſſe ortui meo impulſum. Equidem verò niſi directionibus cum beneficis aliquando communicauerit, nullam mihi rem ſecundam tribuerit, & ſi proportiones etiam fauſtiſſimæ acciderint, totas ſuas actiones non exercebunt fauſtas, dum mea nimis infelix genitura exiſtit. quod maximum aduertendum eſt in omnibus Genetliacis figuris. Reijciatur igitur figmentum partis fortunæ, ad mentem Ioa. Baptiſtæ Senij, cum dixe-

rit. *Alij Phyſices prorſus ignari naturales effectus fictitijs quibuſdam cauſis, utpotè partibus, vel nodis adſcribunt, quarum cum nulla ſit exiſtentia, nulla profectò eſſe poteſt actiuitas.* quod verò nodi aliquid operentur hoc dicere non audeo, cum nihil aliud ſint, niſi puncti, per quos tranſeunt Planetæ, cum aſcendunt, vel deſcendunt, ab ipſa latitudine. horrenda indiderunt illis nomina, Draconis capitis ſcil. ſeptentrionali puncto, caudæ Auſtrino; ferè ut ex capite bonum omen, ex cauda peſſimum, ſignificauerint, portendere, & quaſi venenum à cauda, antidotum à capite extraheretur. Poſſumus tamen non ſine ratione coniecturare, ex ipſis nodis vires aliquando planetarum inualeſcere, ac remittere. quandoquidem in ſeptentrionali puncto (hoc eſt in capite Draconis) degentes Stellæ magis vires ſuas exerceant, reſpectu loci ad perpendiculum; remittant vero in cauda, nempe in puncto auſtrino, propter loci depræſſionem: ſed tamen parui momenti hanc obſeruationem exiſtimo; tum quia non multum hoc experientia edocuit; tum quia ſolumodo inſeruit ad exarandam latitudinem. quicquid ergo ſit, modo quo mox præcepimus obſeruandum eſt, & maiori interim diligentiæ relinquendum.

In praef. Orig.

Hin nugæ ſunt electiones, & planetarum dominia in horis, potius à magica arte inuentæ, quam ab Aſtrologis: cum ſæpius aliquid alicui acciderit, de natura Veneris, in hora Saturni, & aliquid de natura Iouis, in hora Martis, ideo falſiſſima habetur hæc doctrina, de qua Cardanus ſic ait. *Alij verò quod Natus ſit in die Martis, vel Mercurij, Luna quinta, vel ſexta menſe Octobris, fabuloſam texentes hiſtoriam de futuris, artem naturalem, & egregiam, infamem reddunt.* de quibus pariter D. Auguſt. loquitur, & Piccus increpat lib. 11. aduerſus Aſtrologos. hinc artis deriſio & contemptus, ita ut comes de Verulamio exclamet. *Aſt Aſtrologia multa ſuperſtitione refferta eam potius expurgandam, quam prorſus abijciendam eſſe cenſemus.* quæ Viri grauiſſimi ſententia contra illos clamat, qui cum credant omnia in hac arte eſſe fictitia, & falſa, ſtatim eam reijciunt, vel potius alijs verboſis, & non minus vanis commentis circulatorum more, deturpant: & inde ſola rudi erectione Cęleſtis figuræ, ad inſtar Tyronum, ac directionibus domorum, medijque Cęli, credunt uniuerſalem ſcientiam poſſidere. alij ſola directione corporis Lunaris ad aſcendentem vitæ finem prognoſticant, quidam quadrato Saturni, vel Martis ad ipſam Orizontis lineam mala minantur, & cum ſæpe ſæpius exitus fruſtrentur, furore æbrij inſurgunt contra aſtrologiam, cum nunquam eam didiſcerint, niſi mulierculosè à fœminis. contra hos D. Hieron. ſic loquitur. *Alij diſcunt, prò pudor! à fęminis. Quod viros doceant: & ne parum hoc ſit, quadam facilitate verborum immo audacia ediſſerunt alijs, quod ipſi non intelligunt.* Quandoquidem iſti ſuis directionibus vera dicunt, quia fortuitò in veras proportiones incidunt, ut ſæpius in Solaribus euenit, quia tunc nobiſcum concordant: licet in hac noſtra directione omnes motus compilati videantur, ſuęque etiam menſurę, ac directiones. Multiplicauerunt autem tot modos ſignificandi, ut exempli cauſa, ad prænunciandam mortem, quęrunt aſcendentem lęſum, ſi minus ita inueniatur, ad dominum illius confugiunt; denuo ſi adhuc ille non ſit corruptus, ad fines, ac terminos recurrunt, modò ad planetarum foueam, hinc ad domum octauam, & ſi nihil in ſupradictis cauſis ad vitam dirimendam inueniant, ſexcenta alia Arabum figmenta ſomniant: ita ut in vitæ decurſu Luminaria negligant. cum hęc re vera ſint gubernacula vitę, ut infrà dicemus. Illud autem alterum quod inconſonum eſt, radiationum, amicitias, ac inimicitias notant. dicunt enim quadrata beneficorum infelicia, & male-

Ap. l. 1. Ptol. de Iud. c. 2.

Lib. 3. c. 4.

L. 2. epiſt. famil.

maleficorum trigona, & ſexagona fauſta eſſe, cum aliud ſentiat ipſe Almanſor, ait enim. *Non prodeſt aſpectus trinus, & ſextilis infortunarum, ſicut nec obeſt quartus, & oppoſitus fortunarum*, & Bethem. *Luna in quarto Veneris dies laudabilis in omni opere.* Neſcirem autem qua ratione, ita definierint de aſpectuum inimicitijs, quę nulla protſus exiſtit. aſpectus verò qui ex beneficis eueniunt (niſi beneficus à maleficis ambobus lędetur, quia tunc ſemper eſt malus) ac eiaculantur, boni ſunt, cum ex bono nunquam malum oriatur; qui autem à maleficis expenduntur ſemper infauſti ſunt, niſi ab ambobus beneficis moderentur. hęc experientia me docuit; quod ſi aliquando ex ipſis radijs verum aliqui prędixerint, fortaſſe tunc temporis alia beneficentia in illis maleficorum, aut malum, in illis beneficorum, reperiebatur, aut occurrebat. Cauendum tamen eſt, prędicere ex aſpectibus ſeruata luminis quantitate, quia paſſionibus iſtis multum aliquando detrahuntur, vel augentur à planetarum viribus; non rarò etiam ex maxima illorum latitudine (quod ſępius in Luna contingit) aſpectus redduntur vacui, ac inanes. at explicare hęc omnia ad me non attinet, nec ad operis inſtitutum, cum tamen occurrerit aliquid dicemus. Prop. 9. Cent. 60.

Quę verò de domicilijs planetarum prędicantur, non omninò fabuloſa ſunt, ſi bene perpendantur; Solis namque domicilium Leo ſtatuitur, non quia ſignum Leonis virtutem illam calorificam habeat, vel ab ipſis ſtellis fixis maxime augeatur, cum deberet hoc facere, licet Sol ibi non maneret; & ſi aliquid tribuunt, ſecundariè tantum actionem caloris vigent, & non principaliter, eo magis quoniam omnia aſtra quæ Leonis aſteriſmum componunt, de natura Martis non ſunt, immo quamplurima de natura Saturni, Veneris, & Lunæ, quæ omnes, vel humiditatem, vel frigiditatem præſefferunt. Sed ratio caloris ea eſt, quia Sol in eo ſigno multum ſupra nos eleuatur, ideo intenſione luminis vires ſuas exercet; quod ſi fortè aliquis dicat, ut magis hoc debuerit facere, Sol in Cancro, quam in Leone conſtitutus, cum tunc ſit in ſua magna eleuatione, magnumque arcum ad perpendiculum conficiat. Reſpondetur verum eſſe; ſed tamen magis in Leone calefacit, propter crebras circulationes iam factas effuſoſque ad angulum rectum radios, adeo aerem inflammauit, & æſtus adauxit, ut cum ad Leonem peruenerit, tunc paruo illo receſsu magis virtus calorifica intendatur. Sicut enim ignis accentus, non ſtatim adſtantes calefacit, licet in magna quantitate flammas euomeat, ſed poſt crebras ignitũ corpuſculorum expanſiones, calorem magnum fereque inſoportabilem adſtantes ſentiunt; quod ſi etiam ille ignis incipiat extingui, attamen corpora illa ſubiacentia, ac vicinia, eumdem calorem ſentiunt, immo grandiorem. nam cum nitantur corpuſcula illa ignita retrocedere, ſeu exire, alia tepidiora ſubeuntia, impediunt illorum exitus, atque adeo magis ea lucta intus intenduntur; ſimili protſus modo de operatione Solis in aere ratiocinandum eſt. ita mihi perſuaſit ratio, ac experientia me edocuit. Mora igitur eſt illa quæ calorem intendit, ſed perpendicularis, audiamus Ptol. meam firmantem opinionem, dicit enim. *Firma quidem quæ tropica, & Æquinoctialia ſequuntur, Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius, quod per illorum peculiaria tempora, ubi ad hæc Sol acceſſit multò vehementius ſentiamus humores, calores, ſiccitatem, & frigus. Non quod tum aeris ſtatus ſimpliciter ſit natura ſua, ſed quia nos aliquantulum in illis temporibus verſati ipſa mora vires eorum magis experimur.* Sic de alijs paſſionibus aeris intelligendum, magis nos pati eas in ſigno ſubſequenti, quam in ipſis ſolſtitijs, ac æquinoctijs. Lib. 1. de Ind. c. 10.

Exaltationes dignitateſque planetarum, non omninò ſpernendæ ſunt, nam

V. S.

V. g. Sol exaltatur in Ariete, non quia Aries, aliquam dignitatem, Soliumque ei prabeat, quod fallacia eſt, ſed quia in illa ſituatione, ab æquinoctio verno incipiat vires ſuas magis calorificè exercere; ideoque videmus tunc terram vireſcere, ac omnia pullulare: tunc fimbræ calore ſuo aperiuntur, indeque ſemina coquuntur, ac fermentantur. Simili modo philoſophandum eſt de alijs domicilijs, dignitatibus, & exaltationibus, attenta tamen aſtrorum natura, quam recipere omninò debemus in Aſtrologia, ad mentem Clariſs. Bacconis, ait enim ille. *Poſtremò recipiuntur etiam ex traditione naturæ, & inclinationes planetarum, particulares, atque etiam ſtellarum fixarum.* dicit ex traditione, quia nemo ad eas translatus eſt, ut agnoſceret ex qua materia conflatæ ſint. ſolidam tantum ignoramus eſſe, quia non tranſparent, & quia etiam ex illarum effectibus, expanſione, ac luminis colore, aliquo modo percipimus, ut Author ſcribit. *recipiatur quæ natura ſtellarum, ſiue erraticarum, ſiue fixarum in propria ſua eſſentia, & actiuitate, reſerare, & detegère ullo modo queant, qualis magnitudo, color, & aſpectus, ſcintillatio, & vibratio luminis.* hinc recenſet omnes paſſiones, quæ obſeruandæ ſunt; utpote quales ſint inferiores, quales ſuperiores, quæ mixtæ, quæ peregrinæ, quæ tardiores, quæ velociores, quæ moueantur in eclyptica, quæ peruagentur, quæ ad auſtrum, quæ ad boream verſus tendentes, omneſque etiam cujuſcumque generis aſpectuum, quos inter ſe Stellæ, tam fixæ quam errantes facere poſſunt, tum in Zodiaco tum in mundo Verba Philoſophi ſunt hæc. *in Aſtrologiam ſanam percipiatur doctrina de comixtionibus radiorum, coniunctionibus, oppoſitionibus, & reliquis ſyzignijs, ſiue aſpectibus planetarum inter ſe.* Vnde ſi illorum differentiam inimicorum aſpectuum neceſſaria fuiſſet, recenſuiſſet, ſicut etiam dixiſſet aſpectus ad Horoſcopum domorumque lineas: ſed tantum ſpecificè nominauit radiorum commixtiones quarumcumque ſtellarum inter ſe combinantes. hinc non eſt reijciendus acceſſus, vel receſſus planetarum, ſecundum tamen regionum climata, confirmat hoc Lactantius Firmianus ait enim, *& tum longius ad meridiem, tum acceſſus proprius ad ſeptentrionem, hyemis, & æſtatis viciſſitudines facit.* & Galenus. *Huius rei gratia omnino frigus locum noſtrum occupat, cum Sol ad hyemalem plagam declinauerit, tunc calor omnino nos exercet, ubi ſupra verticem noſtrum, aut prope ipſum fertur.* ſed non ſolum à Sole viciſſitudines temporum oriuntur, ſed etiam ab alijs planetis, ad mentem ipſius Verulami, intelligendum tamen reſpectu quantitatis planetarum luminis, non verò quod cauſent hyemem, vel æſtatem, ſed augeant, vel minuant calorem, friguſque reſpectu eorum eleuationem ad perpendiculum, & commixtionum. hinc obſeruanda ſunt appogea, parigea. *Planeta enim* (citatur Philoſophus ait) *in appogeo ſiue exaltatione ſua magis alacer eſt; in perigeo, autem ſiue caſu ſuo magis communicat.* nec ſpernendæ ſunt ſtationes, retrogradationes prout apparent, quales diſtantiæ à Sole, viciſſitudines, Eclypſes omnis generis, omniaque alia, quæ poſſunt naturaliter, & ſine fictione oculis noſtris apparere. *Etenim faciunt* (philoſophus ait) *hæc omnia, ut planetarum radij, vel debilius, vel fortius diuerſis denique modis, & virtutibus operentur.*

Lib. 3. c. 4.

Lib. eod.

L. eod.

De ira Dei. c. 3. De dieb. decr. c. 3. c. 2.

Citato loco

Illud autem quod eſt in hac doctrina maximum poſt directiones, obſeruande occurrunt Reuolutiones, tum maximæ tum minimæ, ut Bacc. inquit. *Reuolutiones maiores retineantur valeant minores horoſcoporum, & Domorum.* quid enim intelligat, de magnis, vel minoribus reuolutionibus, non clarè patet, ſed coniectandum eſt, maiores eſſe, quoad mundum, & uniuerſales influxus parturientes, minores horoſcoporum domorumve, quæ ſolumodo ad indiuidua pertinent.

Eod. lib.

Digitized by Google

tinent. quod verò ipſe admittat generales, & particulares ſyderum afflatus ex illius verbis ita patet. *Cœleſtium operatio ad maſſas potius rerum extenduntur, quam ad indiuidua, obliquè tamen peruenit etiam ad indiuidua non nulla; illa ſcilicet, quæ ex indiuiduis eiuſdem ſpeciei ſunt maximè paſſibilia, & tanquam cera molior.* (explicat modo his verbis) *veluti cum conſtitutio aeris peſtilens, corpora minus reſiſtentia occupat, magis reſiſtentia præterijt.* Quæ verba uniuerſam ferè ſcientiam continet, nam influxus agunt ſolum in illis corporibus, quæ habent aliquam correlationem, reſpectù illorum mixtionis, unde conſtellatio calida, vel martialis, mouet animos corporaque temperamento calidiora, non verò illa, quæ contrariæ mixtionis ſunt: in illis autem verbis, *minus reſiſtentia occupat magis reſiſtentia præterijt.* intelligit fortaſſe de illis uniuerſalibus, quæ maximam mutationem faciunt; omnia autem illa corpora ſubiecta, quæ debiliora ſunt abſumunt; illa verò quæ fortiora minus offendunt; quod idem eſt dicere, ut iam explicauimus, in aliquo bello, vel fortuna maris plures moriuntur, & obruuntur, nempe quorum genituræ, aut directiones, reuolutioneſve, correlatiuæ illis conſtellationibus ſunt, & per conſequens, debiliores cum ſint particulares, reſiſtunt tamen ſi fortiſſimæ, & minus ſimiles exiſtant. *Lib. eod.*

Omnia igitur hæc ani maduertenda, ac examinanda ſunt, ab illis, qui Aſtrologiam ſanam exercere queunt, adhibeant tamen ad præditionem eam fidentius, ad electiones cautius, ad utramque autem inter terminos debitos.

Hic autem aliud commentitium, & ridiculoſum mihi in mentem venit, cui Aſtrologaſtri nituntur, neſcio quidem qua ratione ducti prognoſticandi, de domino, ſcilicet, alicuius domi, ita ut exempli gratia; ſi Sol reperiatur in ſeptima, & eius domus, quę eſt Leo, ſit in m. c. magna apud Principes ſtatim decernunt illis, qui ſic in ſuis Thematibus habent, munera, ac officia, dignitateſque famoſas; quod penitus reijciendum eſt, ibi nec Sol enim adeſt, nec radios mittit, niſi fortaſſe, Iupiter ibi extiterit faciatque cum ipſo Sole aſpectum, vel etiam Sol in eodem ſupremo angulo ſtaret beneficus. ubi autem corpus non eſt ibi profectò ſuas vires non exercet, niſi medijs radijs, ab aliquo alio acceptis. ignis accenſus. V. g. in uno cubiculo, alios ad ſtantes in altero, & inde procul, non calefacit, ſed calorem ſuum exercet in illo ſitu, in quo exiſtit, & illa corpora, tantummodo quæ actiuitate ſua poteſt calefacere, calefacit. rurſus ſi duo corpora accenſa, nō adeo inter ſe diſtauerint, ut ſua actiuitatis ſphera ſe tetigerint, procul dubiò maiorem calorem facient illis qui in medio, vel competentia diſtantia ab illis erunt. ſic pariter de corporibus cœleſtibus ratiocinandum venit aliquo modo adhoc ut intelligamus: & licet ſimilitudo aptiſſima difficillimum ſit inueniri, percipiatur tamen eo modo, quo mens noſtra capere poteſt. tranſeamus modo ad alia.

Quæ Aphetæ, & quæ Anaretæ intelligantur. Cap. VI.

Miror autem cum Aſtrologorum quæſtiones perlego, quas conſtituunt, adhoc ut datores, & interfectores vitæ inueniant: nam tot cauſas prò apheticis locis eruendis commentarunt & tot tabulas compoſuerunt, ut abſurdum ſit, quo termino vitæ ſpatium tradiderint, & qui eas credunt mente grauiſſimè laborant, atque confuſione. Summum quidem in hac ſcientia habetur de vitæ ſpatio terminando, ac prognoſticando: meo verò iudicio facillimè coniectuatur, ſi has directiones ſequamur, quas in exemplis tradam, non ut meas, ſed

partim

partim ab eruditiſſimo Placido de Titis adinuentas, compleɛtaſque à Clariſſimo Confalonerio, adeo ut omnes conatus noſtri ad vitæ indagandum curriculum tenderint, adiuuante Deo Optimo Maximo, ſcopum veritatis ſi perfectè non tetigimus, non procul ab eo ſaltem aberrauimus. per hoc tamen neque diem, neque horam ignoramus, cum hoc nondum certitudine compertum ſit, ſed ſolum criſium doctrinam conieɛturatum, & ſubobſcuro lumine notum. Summus autem Creator ſi voluerit, & hoc etiam homines pernoſcere poterunt, ut iam aliqui ſapientiores agnouerunt, tam dono prophetiæ, quam medio cauſarum naturalium: ſed ſi de facili hoc concederetur, & paruo cognitionis ſtudio acquireretur, homines qui potius ad malum, quam ad bonum proni ſunt, ad teterrimum finem religionem perducerent. Vitæ igitur ſpatium aliquo modo per cauſas ſecundas indagari poteſt, & hoc confirmat D. Thom. ait enim. *Qui ſciret virtutes ſignorum, & ſtellarum in eis poſitarum dum naſcitur res aliqua, quantum eſt de influentia Cæleſti poſſet iudicare de tota vita rei generatæ, licet hoc neceſſarium non poneret, quia poſſet impediri per accidens.* dicit ſi quis ſciret: nam imperiti ut multi faciunt aſinino ore de rebus humanis, vel aliqua circulatorum ſorte pronunciant, & cum falſa quæ dixerint poſtea appareant, vileſcunt ſcientiam, de quibus Albertus Magnus, ita ſcribit. *Multa ſignorum, quæ ſunt in corporibus noſtris, ex quibus prognoſticantur Medici, non eueniunt: & ſimiliter eſt in corporibus Cæleſtibus, & ideo multi ocies dicipientur aſtrologi, quia ignaui putant neceſſarium eſſe, quod eſt contingens: & pronunciant tanquam abſque impedimento eſſe futurum, & cum non euenit faciunt ſcientias vileſcere in conſpeɛtu hominum imperitorum, cum defeɛtus non ſit in ipſa ſcientia, ſed in illis.* hęc ille. Quæ verba praecioſiſſima ſunt, cum ex illis, & influentiæ tanti Viri auɛtoritate firmentur, & ars in ſe conſiderata certiſſima concludatur; malitiæ verò hominum quam plurimæ, ad eam euertendam, ac vituperandam agnoſcuntur. De iudicijs autem aſtrorum D. Thom. ad Frontonem Regialdum ordinis prædicatorum, ita ſcribit. (reſpondet autem eidem Sacerdoti petenti, an ſtellarum iudicium ſit licitum, vel non) concedit hoc, & in decurſu litteræ, hæc habet. *Et ideo ſi aliquis iudicijs aſtrorum utatur ad prænoſcendum corporales effeɛtus, puta tempeſtatem, & ſerenitatem aeris, ſanitatem vel infirmitatem corporis, vel ubertatem, vel ſterilitatem frugum, & ſimilia, quæ ex corporibus, & naturalibus cauſis dependent, nullum videtur eſſe peccatum.* Vnde ſatis patet auɛtoritate Sanɛtorum Doɛtorum poſſe aſtrologum ſemper moderatione attenta, de vitæ ſpatio prædicere. deueniamus modo ad declarandum breuiter tamen, qui vitæ moderatores dicantur.

1. de gener. — Lib. 3. de ſomn. & vig. trat. 2. c. 5. — Opuſc. 26.

Primum igitur Arabum, Chaldęorum cęterorumque commentis abieɛtis, utpote phyſica ratione carentibus, dum per loca Aphetica conſtituerunt præter aſcendentem, illas ſtationes, quæ ſextili, aut quadrato trigonoue radio ipſam lineam aſpiciunt: nulla alia ratione niſi cauſas aſpeɛtus irradiationis. quando ergo in iſtis, Sol, Luna, vel Fortunæ pars, alijque benefici Planetæ conſtituti reperiantur attenta dignitatum exaltationumque prærogatiua, tum illæ qui potior eſt moderatorem ſtatuant. Rurſus ſi nullus horum, in illis ſupradiɛtis locis Hylegalibus non reperiatur tunc ipſum aſcendentem accipiunt. quid abſurdius? lineam imaginariam prò vitæ termino dirigere: equidē ille locus à Planetis deſtitutus nihil operatur aut influit; ſtellæ enim fixæ exorientes, non inſeruiunt ad vitam cuſtodiendam, ſed ad Planetarum vires augendas, ſi tamen eos aliquo commixtionis radio, aſpiciant, prorſus tam magnifice exiſtimarunt planetam pluri-

pluribus dignitatibus onuſtum, ut in electione datoris vitæ poſthabito Sole minus condecorato, illum huic præponerent, immò ipſam partem fortunæ, ſi potiorem eligerent. ſed tot cauſas prò vita indaganda adauxerunt, ut ſi fortè ex una, ſuas directiones accidentibus accõmodare non potuerint, ex altera, & iterum ex alia haurirent, adeoque penitus inuentionibus niterentur: Nugæ autem ſunt hæc, & tamquam ſpuriæ reijciendæ; ſicut non minores fabellæ illæ, quæ ex Arabum ſcola, de Alchocode comentantur: tribuentes videlicet unicuique planetæ annos determinatos ad vitam nati propagandam, ſecundum eorum in Themate dominationem. per hoc tamen non omninò ſubuertitur doctrina Ptolomæi, ſed ex ſupradictis omnibus aphericis cauſis, duæ ſolum, & potentiſſimæ, & ad ſenſum conſonæ ſine dubio eliguntur. ſcilicet Sol, & Luna. Sol autem maximus inter aſtra lumen diffundit, omnibuſque alijs impartitur, cum ſit fons caloris, moueatque cuncta prò eiuſdem poteſtate calefaciente, ut Argol. ait. ita ut omnia generaliter mutentur, prò eius acceſſu, & receſſu, ſicut manifeſtè experimur, calorem in terram diffundere indeque germinare, omniaque naſci, & mori. hinc Peripateticorum Princeps ſcribit. *Mare, & elementa plantaſque creſcere, & minui propter calorem Solis, eiuſque circulationem, minui autem ex eius receſsu propter radiorum debilitatem*. Omnes verò Philoſophi conſentiunt de innato calore Solis, & eſſe in cauſa vitæ, ut Hermes exclamauit. *Sol & Luna poſt Deum omnium viuentium vita ſunt*. & Gauricus. *Sol eſt ſpiritus, & fons vitalis origo*. Sol propter eius maximum calorem, Luna propter terræ vicinitatem, & ſui luminis expanſionem, ut ſentit Du Hamel. *Iamque melioris notæ Philoſophi cum actu, atque ut loquuntur, formaliter calidum eſſe non inficiantur, qui autem hoc negant extra mundum, ſi fieri poteſt reponantur, mentecapti, & inſania laborantes iudicantur*. Quinimò Sole adempto omnis tollitur generatio, & chaos reuertitur. ubicunque igitur Sol reperiatur locus Apheta dicitur cum ſit ille, qui poſt Altiſſimum, vitam gubernet, nam profectò nemo viuit ſine calore ab eo emanante; igitur dator vitæ conſtituendus eſt: cum hac tamen obſeruatione, quod ſi in Signis borealibus reperiatur, tunc maiorem vim habeat, quod dicendum ſequitur etiam reſpectu ſituationis in mundo, adeo ut alacrior exiſtat proximior culmini, quoniam ibi radij magis ad perpendiculum vibrantur. Rurſus animaduertendum ſi à beneficis adiuvetur, tunc enim potior extiterit, ſi verò à maleficis irradietur, tunc debilior ſuas exercebit vires. Et hoc tum reſpectu radiorum in Zodiaco, tum in mundo. per hoc tamen haud nego Sole aliquando exiſtente in orientali cardine multum ad vitam influere, beneficentiaſque ſi bonus erit exercere, attamen affirmo ipſam lineam per ſe nihil agere, ſi à quolibet Cœleſti corpore fuerit deſtituta.

De dieb. cri. l. 1. c. 4.
De Hiſtor. anim. c. 19.
Aph. 1. de dieb. decr. Tract. 7.
Philoſophi l. 2. c. 1.

Sicut verò à Sole vitalis potentia, calorque emanant, ita à Luna ſecundo loco, humor radicalis diffunditur, tum propter eius luminis (ut ſupra dixi) expanſionem, tum etiam ex eius ad terram vicinitatem; inquit enim Placid. de Titis. *Cumque a Sole ortum ducant formæ ſubſtantiales corporeæ, cum ſuis actiuis proprietatibus, à Luna verò adminiſtrari materiam cum ſuis proprietatibus paſſiuis*. Hinc apparet validus eius influxus in elementarem plagam atque omnia ſubiacentia, de illa ita Galen. *Atque principium non Aſtronomis tantum, vel naturalibus Philoſophis, ſed agricolis quoque, & nautis, hominibuſque omnibus receptum aſſumi, Lunam videlicet terreſtrem plagam, veluti Hipparchum quemdam magni Regis Solis, gubernare*. tandem Du Hamel. *Luna igitur multos humores excitat corporum poros laxat, & aperit, unde ægris multum obeſſe, vel prodeſſe*

De dieb. decr. c. 5.
De dieb. decret. l. 3. c. 8.
Phil. Tom. 1. l. 2. c. 4.

perhibetur. Ex his igitur manifeſtè patet eius maxima potentia quam negare
eſſet ſtultitia, ac vanitas.

Quod autem diximus circa obſeruationem Solis, in genituris, ita etiam de
ipſa Luna intelligendum venit, attenta beneficorum, & maleficorum irradia-
tione; de eius validitate circa vitam tuendam erit pronunciandum. hæc verò
doctrina ab omnibus amplectitur, licet de alijs ſupradictis cauſis aliter philoſo-
phentur, quæ tamquam fabuloſæ reijciuntur. hæc verò quæ dixi cum ſint rationi,
& ſenſui congruæ recipiuntur; cum in ſimplicitate conſiſtere debeat vera ſcien-
tia, & in rebus naturalibus, non ſuperuacaneis, fictitijſque inhærendum. cre-
dimus nanque nos omnes illas cauſas inuentas eſſe, ad hoc ut eorum directiones
euentibus correſponderent. fatentur equidem has duas ſolas ſupradictas cauſas
vitales eſſe, tum Almanſor, cum dixerit. *Vita omnium animantium eſt ſecundum*
Prop. 104. *gradum Solis, & Lunæ, & hoc ab Altiſſimo datum ſecundum Aſtpham*. tum
Cent. 86. ipſe Ptolomæus, *Sol eſt fons vitalis potentiæ, Luna naturalis*: unde probatione
clariori non indiget. illud autem quòd de gradibus aſcendentis prædicatur, me-
dijque cœli circa directiones, non eſt abſurdum, ſi rectè intelligatur, dum illi
gradus diriguntur, per ipſas aſceſiones ab arcubus prouenientes, prò ut in noſtris
exemplis demonſtrabimus, ea ratione nempe, ut verus planetarum ſitus dire-
ctionis tempore inueniatur, non ut illi gradus, ſeu lineæ vitam demonſtrent.

His poſitis, alij planetæ benefici, vel indiferentes beneficentia inducti ad vi-
tæ tutamen non excluduntur, immò plus minuſve proſunt, prò ut ipſa Lumina-
ria aſpiciunt. ſicut enim benefici vitam tuentur, ita malefici illam deſtruunt, qui
vitæ Abſiſores conſtituuntur, ad mentem Ptolomęi aliorumque Aſtrologorum;
cum hac tamen intelligentia, ac ratione, nam Saturnus utpote natura ſua magis
frigidus, obſtet calori ſolari, mars ut ſupremè calidus offendat humorem radi-
calem ipſius Lunæ, adeo ut ſi Luminaria directionis tempore inueniantur, ita læ-
ſa ab ambobus maleficis, vel à quouis alio planeta horum natura inducto, ſine
ſufficienti fortunarum auxilio, de vita nati timendum erit, veluti experientia do-
cet. ridiculoſum eſt enim dicere, vel credere, Lunam ad aſcendentem ſuo cor-
pore peragrantem, vitam poſſe deſtruere: profectò ſi malefica non extiterit nihil
ad vitæ exitum faciet, ſicut nec radij quadrangulares, aut ex oppoſito, ipſo
Aphetæ deſtructores erunt, niſi à maleficis proijciantur: nec minus fabula de
planetarum fouea, ac octaua domo recipienda eſt, cum illi loci nihil operentur,
ſed tantum prò ratione ſituationis planetarum in eis degentium & prò eorum
configuratione cum Luminaribus influent: quod ſæpe ſæpius Argolus falſum
compertus eſt, cum dixerit. *Cæterum in his conditionibus, quas ſimpliciter ponit*
Ptol. par. ſi. *Ptolomeus abſque alijs conditionibus, quod Anareta in occurſu Aphetæ non inte-*
de vitæ *rimet, quilibet contrario experitur in praxi. moriuntur Luna poſita Apheta cum*
ſpatio. *lati. Boreali, aut auſtrali directione ad Saturnum, vel Martem præditum latitudi-*
ne contraria. moriuntur celebrata directione in terminis beneficorum: moriuntur
aſpicientibus Venere, & Ioue locum directionis, cum ſequentibus. unde colligitur
falſiſſimam antiquorum doctrinam de directionibus fuiſſe. (at potius credide-
rim non fuiſſe rectè interpretatam) nam quid proſunt termini fineſque, ſi imagi-
narij ſunt, & non fideliter expoſiti? fatetur hanc veritatem Ptolo. *erat enim*(ſunt
Quadr. l. ſua verba) *in eo ſermo valde longus, in quo ipſi termini multis neceſſarijs probaban-*
3. c. 21. *tur, ſed propter eius nimiam vetuſtatem, & crebram foliorum perforationem eum*
conſcribere nequiuimus, eiuſque rationes nobis difficiles, & obſcuræ videbantur.
quid autem eſſent, vetuſtas, & voluminis conſumatio eorum intelligentiam pro-
hibe-

bibebant, & quid ſub terminorum nuncupatione ſignificarent nemo certiſſimè agnouit. Sapientes illis temporibus latebris inuolutis ſcientias tradebant, adhoc ut ab omnibus non intelligerentur, inquit enim magnus Angliæ Cancell. *ſed viæ, ac rationes, quæ ducere putantur ad hos fines tam in theoria illarum artium, quam in praxi, erroris, & nugarum plenæ ſunt, neque autem traditio ipſarum, ut plurimum candida eſt, ſed artifitijs, & latebris minuta*. per hoc tamen ſpernendæ non ſunt facultates ſcientificæ, ſed ponderandæ, examinandæque, demumque illæ eligendæ, quæ ratione, & experientia ſuſulta ſunt. inſanum enim prò certo eſſet, ſi quis librum legens, & non intelligens, diceret, hæc quæ lego, & quæ Auctor tradit falſa ſunt, cum ille ignoret potius; & ſi quandoque obſcuri ſenſus prabentur, ſubitò reijci non conuenit, ſed conſiderandi rationeque examinandi. At plures regulas tritas conſpurcataſque magnifaciunt, eaſque ulla ſine conſideratione tractant, indeque fabellas componentes, nihil veri pronunciant, totamque artem damnant; cum potius ſe ipſos mimos oſtendant, ſi abnegantes etiam omnes regulas, puerili ſorte futura ducunt, lucraque captioſè captant, & vanitatem reprobantes, vanitatibus utuntur; de quibus Verul. ita ſcribit. *illos etiam homines vanos, & leues exiſtimamus, qui aut falſa creduli, aut in rebus exigui vſus curioſi ſunt*. unde nihil miruum ſi in vulgi ludibrium tandem conuertantur. His igitur ſic expoſitis, de vitæ datoribus, ac Abſiſoribus, non profeſſo explicatis, ſed tantum ad cognitionem demonſtratis, tranſitum faciamus ad reliqua in hoc opere oſtendenda.

de augum. ſcient. l. 1.

L. 1. de augum ſcien.

De Directionibus. Cap. VII.

DE corporum cœleſtium motibus, cum inequalitatibus apparentibus, nempe de vulgari Primi mobilis raptu, reliquorumque peculiari Aſtrorum circuitu non diſputo; neque an ſimus excentrici, vel extra centrum diſcutio. illud ſanè eſt dicendum, contrarietates, implicationeſque eſſe minimè credendas; neque aſtra inequalibus motibus moueri, neque nos eos æqualiter videre poſſimus. apparentes igitur ſunt obſeruandi, ac ſequendi; nam aſpectus tantummodo efficaces exiſtunt, quatenus nobis in illa diſtantia apparent. hinc directiones ex iſtis motibus eruuntur, à naturalibus tamen, & prò ut omnes à tempore natiuitatis mouentur, prò ſuo quolibet curſu, non à fictitijs, vel imaginarijs, ut quam plurimi impoſtores excogitarunt. fictitij ſunt, dum de directionibus rectis ſignificatorem faciunt mobilem in mundi ſitu, ſub eadem poli eleuatione, progredientem ſub ipſo Primo mobili motu ſuo proprio, ab occidente in orientem: occurſantes verò faciunt immobiles ſub ipſo Primo mobili, ſed quod moueantur motu raptus, ab oriente in occidentem. contra autem in directione conuerſa determinant. Quod verò hæc ſint contra rationem ordinemque & omninò abſurda facillimè demonſtrabimus. conuertunt iſti Cælorum ordinem, & ex ordinato confuſionem componunt. omne verò quod eſt pulchrum, ac ſuo ordine concinnum à Cœlo prouenit, ut inquit Galenus. *Atque pulchrum omne quod hic pulchrum ſit, atque etiam ordinatum, & erraticum, ex materia, quæ hic verſatur prouenire*. Modò verò deueniamus ad falſitatem directionum oſtendendam.

De dieb. decret. l. 2. c. 7.

Aſtra omnia proculdubio à tempore natiuitatis voluuntur ſuo quolibet peculiari motu, & ordinatè tam in Zodiaco, quam in mundo eodem momento temporis ſeruata tamen ſuorum motuum proportione: vnde e. g. Iupiter in natiuitate

tate alicuius erit in grad. 4. min. 3. 69, diebus ſequentibus à die & hora genituræ, tam ſub Primo mobili, quam motu diurno mouebitur; ſimiliter facient, tam occurſantes, quam promiſſores. inconſonum equidem eſt, quem planetam conſtituere ad libitum immobilem vel in Zodiaco, vel in mundo, cum realiter moueatur, per utramque horum locorum ſituationem; ergo falſum quod de illis directionibus prędicatur. omnes autem proportiones, quæ ad accidentia inuentæ ſunt prædicenda, vel falſiſſimæ exiſtunt, vel rationi repugnant. dirigere aſcendentem ad ſydera, vel planetas ad illum, incaſſum eſt, cum lineæ, quæ ſunt ad diuiſionem introductæ imaginariæ ſint, & nihil operentur, niſi aliquod corpus ex illis, cum altero æquidiſtet, vel præſentia ibi commoretur, ad recipiendum alterius luminoſi corporis aſpectum, ad hoc ut vim habeat, ad nos uſque lumen tranſmittere. Hinc domorum directiones nullæ prorſus exiſtunt: attamen omnia hæc phenonema, & apparentiæ in noſtris directionibus videntur. quippe aſcendens dirigitur, non eo quia ex illo agnoſcatur vitæ ſpatium, aut aliquod aliud, ſed prò temporis diuiſione, reſpectù ſolaris decurſus, motuſve diurni. Compilatæ autem ſunt etiam illæ M. C. aliæque planetarum, tam reſpectù Æquatoris, quam Zodiaci, ſecundum verum, & naturalem motum, & ut realiter ubicunque aſtra mouentur, ex hiſque regulis, omnes cuiuſcunque generis aſpectus cognoſcuntur.

Rurſus contra rationem, & naturalem decurſum, eſt illa lunaris directio, cui pro quolibet anno gradum unum longitudinis tribuunt ſub ipſo Primo mobili, ſicut ipſi Soli tradunt. proculdubio Luna quandoque 14. pluresque, & minores unaquaque die gradus conficit, eodem temporis ſpatio, quo Sol unicum circiter gradum peragit. quomodo igitur huic directioni erit credendum? commenta autem ſunt iſta ad concordiam euentus reducendos, excogitata; cum quamplurimum falſa eueniant quę dicunt: ſed & multiplicauerunt in infinitum cauſas, ut aliqua ad ſua prædicenda inuenirent prognoſtica, quod ridiculum ſit audire, vitæ ſpatium dirimi ab aliquo maleficorum quadrato, vel oppoſito ad aſcendentem, vel M. C., vel etiam ex aliquo alio planeta licet non malefico, cum ſolum ſufficiat, illum vitæ datorem à principio conſtituiſſe: immò ipſam domum quartam, vel octauam Anaretam faciunt, Luminaribus abiectis; quid plus? ipſum Iouem interfectorem quandoque faciunt, ut habet Arg. in Geneſi Ioannis Columnæ Patriarchæ Hyeroſolimitani, dirigit enim, eo caſu, Iouem ad quadratum aſcendentis, & propter hoc vitam Præſulem deceſſiſſe autumat. quid leuius? quid abſurdius? ut notat Plac. de Titis in examine illius genituræ in ſuo Primo mobili. cum nunquam contra aſtrologię fundamenta interimat. Veruntamen eſt quod benefici aliquando malefici euadunt; per hoc tamen ſi Luminaria non lędant, non poſſunt dici Anaretę, neque radio (ut fabulantur) hoſtili poſſunt aliquod malum portendere. Bonum verò in ſuo genere boni, bonum ſemper exiſtit, niſi à malo corrumpatur, quod tunc ſit peſſimum. Sed ſi omnes vanitates recenſere vellem, examen totius aſtrologię opus eſſet ſtruere, quod cum ad me haud pertineat, relinquo. hoc tamen dicere pro certò habeo, ex geniturisomnibus ab Argolo, cęteriſque profeſſoribus, traditis, cum ad lethales directiones peruenerint examinandas, ſępe ſępius vaniſſimas cauſas, & penè ratione deſtitutas, contraque aſtrologica fundamenta, morti, tribuerunt. Hoc opus autem examinis geniturarũ omnium ab Auctoribus expoſitarum, ſi tempus permiſerit pręſtantiſſimus Confalonerius Pręceptor meus, expoſuerit, in quo quiſque ſenſu percipiet, quantum illi veteres, à veriſſimis cauſis diſceſſerint;

Digitized by Google

rint; cum tempore interitus ad Luminarium lęſionem recurrendum ſit, non ad alia ſexcenta figmenta, quę ſuarum regularum commodo fuere excogitata, ut clarius etiam in meis experimentis apparebit.

Directiones autem, quę ſecundarię à Placid. de Titis vocantur (cum potius primarię, ac unicę ſint) aliqualiter à ſuo acutiſſimo ingenio fuere dilucidatę, non inuentę, cum ab antiquiſſimis credo emanaſſe; percipitur hoc ſuboſcurè, *Aſtron.l.2* ex Iullio Firm. in Genitura Loliani, ſcribit enim. *Sed deficere huiuſmodi Iouis* *c.32.* *beneficia in prioribus partibus diximus, ab hoc, quia tertio die* (ſcilicet à natiuitate) *Luna in Leone conſtituta de diametro plena lumine Martis radijs impegit*. & clarius alibi hoc explicat, & pariter Origanus aliquid de illis, ſed confusè & *l.4. in ſui* indirectè tractat Aſtr. naturali membr. 4 c 2. Mirum ergo non eſt, ſi de illis *præfat.* pauca habemus, cum tempus omnia conſummet, ut Fracaſtorius cecinit.

.... quoniam longa vetuſtas
Cuncta ſitu inuoluens, & res, & nomina delet: *Morb.Gal.*
Nec monumenta Patrum ſeri videre nepotes. *l.1.*

Noſtris verò temporibus, à Clariſſimo Conſalonerio ſuſcitatæ ſunt, & ad compilationem perfectam, naturalemque ordinem fuere redactæ, adinſtar illius Archimedis Machinæ in qua omnes cœleſtes motus apparebant. res autem aliquando; quæ antea fuere reuiuiſcunt. nihilque eſt ſub ſole nouum. Fracaſtorius.

Tempus erit cum nocte atra ſopita iacebit *Lact.*
Interitū data: mox iterum poſt ſæcula longa,
Illa eadem exurget, cælumque auraſque reuiſet,
Atque iterum ventura illam mirabitur ætas.

Similiter in noſtris directionibus, omnes motus, qui à die natiuitatis naturaliter ſecuti ſunt oculis noſtris patent; immò omnia illa excogitata, quę recenſuimus videntur. differunt tantum ab illis conuerſis, & rectis, cum in his nec prorogatores, nec promiſſores, occurſanteſque planetę conſtituantur immobiles: neque aliquod fictitium inuenitur, ſed omne quod oſtenditur naturale exiſtit, & rationi conſonum. Si benè verò eas conſideramus, non multum ab alijs differunt, ſolum autem in hoc diſcriminantur; illas omnes eſſe ſeparatas, has verò in unum collectas, cum etiam directiones primarię (quę vocantur) abiectis illis immobilitatibus, includantur. Quomodo autem hę directiones ſupputentur, facili negotio tradam, aliqua tantum attamen attingam in uniuerſale, nam ad omnia particularia deſcendere aliud tempus, opuſque requireret.

Data igitur erectione Radicis, per tabulas nouiſſimas, & exactiſſimas ſupputata, dataque eiuſdem vera rectificatione (de qua, & de horis putatiuis aliquid dicemus) omnes ſubſequentes planetarum configurationes, quæ à die, & hora natiuitatis naturaliter decurrunt, per ipſos dies directiones conficiuntur. quot enim dies ſequuntur, tot anni ſunt, ipſiuſque partibus, æqualitate ſeruata, cor- *in 6.Epid.* reſpondent; ut affirmat Galenus, cum dixerit. *Partes diei naturalis partibus ipſius anni correſpondent*. Rurſus configurationes omnes, quæ ſingulis diebus ad Luminaria, & ad cardines contingunt, habent ſuos effectus, à ſingulis diebus ad ſingulos annos, cum hac tamen obſeruatione, quod ſemper planetæ in directionibus, hora ipſa natiuitatis ſupputētur & ſit dies completus ad annum, & horam natiuitatis poſt meridiem: ita ut vigintiquatuor horarum ſpatio includatur dies, ab ipſa genitura hora, & itaprò ſingulis menſibus horæ duæ ſuppatationi correſpondere debeant. Quotieſcunque igitur familiaritates ſequantur felices, ad ipſa Luminaria, vel inter alios planetas, fauſtos exitus pronun-

ciant,

ciant, ſi autem malæ funeſtos denunciant euentus. ex his ergo ſubſequentibus lationibus ad diem, anni climaterici ortum ducere: cum probabile ſit, Ptolomæum, nomine locorum annuorum hos intellexiſſe motus. nam Luna ſuo motu ad quadratum, oppoſitum, & coniunctionem, reſpectu loci natalis, peruenicns ipſos climatericos annos deſignat, & quæ ab illis potiſſimum dependeant. quod ſi tunc temporis in aſpectus maleficorum incidat, & quod Sol pariter læſus reperiatur, de vita nati maximè eſt timendum, cum Luna ſit cauſa impulſiua, ad aliquid actum reducendum, ac ſuſcitandum.

Quadr. l. 4. c. vlt.

Hæ verò aſtrorum lationes, quæ poſt ortum nati ſequuntur, prædordinant, ac diſponunt, ea quæ vitæ mala, feliciaque fieri debent: neque ad ſuum effectum, vel ad actum erumpunt, niſi ſuo tempore perficiantur determinato. nam illa conſtellatio, quæ immediatè à primo die ſequitur integrum annum requirit ad eius perfectionem. Latio autem planetarum ſuo quoque ſtatuto tempore perficitur, neque infans omnes familiaritates, quæ ſequentibus diebus contingunt perfectè poteſt pati, ſed eas recipit, ita ut ad ſua tempora eruantur determinata. ideoque primus dies deſignat annum unum, ſecundus, alterum ſequentem, & ſic de ceteris: & eo, quo magis à die natalis aſpectus elongantur minus perfectionis habent, ideoque magis temporum ſpatio requirunt, ad eorum effectus elijciendos. videmus enim ſemina frugum ſtatim hac erumpunt, non maturari, ſed ad tempus paulatim lationibus ſolaribus alijſque ſtellis prædordinantibus, & diſponentibus: & tamen ibi à principio ſubſtantia omnis reperiebatur, at inconcocta immaturaque, quæ ad ſingulos dies ſenſim ad perfectionem conuertitur. ut ait Ioannes Nardus. *Vbi quæſo latitabat ambita ſuauitas? fructus namque illos immaturos, ſi contriueris nil præter acerbitatem comperies. Noui diuturna, blandaque ignis opera acerbos nonnunquam cicurari ſuccos, inque dulces euadere.* Non diſſimili modo, etiam in natos ſtellæ operantur. experimur enim ſtatis temporibus res euenire, & ætati conſonæ, & temperamento, quæ ſi infauſtæ ſint vitam deſtruunt, ſi felices eam confirmant. Omnes tamen ipſæ directiones ſubſequentes, ad illam Radicis aut correlationem habent, aut contrariæ exiſtunt, ex his ergo effectus auſpicantur.

In Lucret. lib. 1. animad. 4.

Rurſus impreſſiones Aſtrorum, & principaliter Solis, cuius normam ſequimur, omneſque menſuras ad eius motum, ſiue alterius diurnum conficientis, reducimus, ac æquamus: multumque in temperamento nati, inter alias, latio Solaris pollet; quippe quod impreſſio eius validiſſima exiſtit, & ex illa inclinationes generales agnoſcantur, eo quia ex ipſo Solis ſitu mundano ſequentes lationes, aſpectuſque omnes conficiantur, tam ſub Primo mobili, quam in mundo, quod maximè obſeruandum eſt.

Sol enim in eo loco reſpectu vniuerſi, in quo momento natiuitatis tempore reperitur, validiſſimè influit, & quotieſcumque ſecunda die, alijſque ſequentibus ad illum (ſeruata arcuum proportione) redierit, qualitatem illam primariam ſuſcitat, ac mouet, prò familiaritatum ſignificatione, reliquorumque planetarum, ad influendum: ideoque ſemper in directionibus retinendus eſt, in eodem loco mundano, quatenus à die poſt natiuitatem, & poſt diurnam lationem, reali, ac naturali ſuo motu, curſuve peruenerit: & ſi aſpectus occurrant, vel in Zodiaco, vel in mundo, quales illis ſingulis diebus contraxit, & eadem hora natiuitatis, plurimum in vita nati decernunt, ad ipſos annos correſpondentes; hoc tamen magis in experimentis infra examinandis patefiet, quibus, quiſque veritatem agnoſcet, modumque, ſi velit, operandi acquiret, cum ſimpliciſſimus

mus ſit. Si quibuſdam verò hæc quæ dixi obſcura videbuntur, error non eſt
meus, ſed legentis intellectus. explicationem autem diffundere, non ad me at-
tinet, neque huic operi: ſat equidem erit, ſi regulas ipſas ſucceſſibus correſpon-
dentes demonſtrauero. in omnibus igitur, quæ hoc capite dixi tota doctrina
continetur, & latet. Siquidem nefas eſt, ut ea quæ magnis laboribus Præcepto-
ris mei parta ſunt cuiuis offeratur: præterea publice philoſophandi conſuetu-
do magnum apud mortales rerum diuinarum contemptum edidit. ſic Nice-
phorus Gregora oſtendit cum autem ipſe Aſtronomiam à Theodoro Metochi-
ta acquiſiuiſſe fateatur, ita ab eo non omninò percepiſſe, ratione ſui ingenij
nondum à Præceptore agniti, cum dicat. *Quamquam iſquoque initio parcius* Hiſt.Rom.
mecum diſſerebat neque ipſam Aſtronomiam affatim mihi communicabat, ſiue in- l.8.c.12.
genij mei adhuc ignarus, cum ſequentibus. unde patet maximam parſimoniam
Profeſſores ſeruaſſe in communicandis ſcientiarum arcanis: & confirmat hoc
pariter Strabo, ait enim. *Iſti Sacerdotes* (nempe Ægyptij) *cum rerum Cœleſtium*
ſcientia præſtarent, cæterum arcana ea ſeruarent; neque cum quotunque commu-
nicare vellent: tamen; & tempore, & obſequio deuicti, nonnulla præcepta enar-
rauerunt, cum plura interim Barbari occultarent, ego tamen cum non ſim omnis
huius doctrinæ, quam breuiter ſcribo, neque inuentor, neque auctor, parſi-
monia illa non utor ad abſcondendam ſcientiam, ſed ratione reuerentiæ, quam
ſapienti Præceptori meo, debeo.

De Rectificatione geniturarum, deque incertitudine horarum, quæ notantur. Cap. VIII.

QVamquam in generatione hominum, duo principalia Aſtrologi conſti-
tuant, primum ſpermatis momentum, ſecundum horam exitus infantis
ab utero materno attamen probabilem de ſecundo certitudinem tantum habe-
re poſſumus. Quicquid igitur de conceptionis ſtemate Hermes ſcripſit, vel alij
tradiderunt, aut ob eius certiſſimam incertitudinem non conſideratur, tum
quia ſtatim ac uter ſemen recipit, clauditur, & non niſi influxus, fœtus à ma-
tre recipiat (ſi tamen hoc quomodo fiat notum ſit;) aut quia illud momentum
in dubio exiſtat, unde nihil certi de afflatibus ſydereis illo caſu dici poteſt. quo-
modo verò embrio fiat, ad Medicos pertinet, & ad illos, qui corporum pene-
tralia luſtrant; ideoque regulæ, quæ de Cœleſtis figuræ erectione, prò conce-
ptionis momento prolantur, omninò fictitiæ, ac incertiſſimæ ſunt. maximum
pulcherrimumque fundamentum eſt, ſi momentum exitus ab utero ſcire poſſi-
mus.

Incertitudo igitur omnis, ex Horologiorum fallacia, emanat; ut Ptolomeus
confirmat: *Exatam horam aurire nemo poſſe, niſi fortaſſe per ſolum aſtrolabium* Quadr. l.
obſeruauerit, & ex hoc etiam poterit quis errorem ducere ob inſtrumenti in perfe- 3. c 2.
ctionem. Horologia quippe omnia, etiam ſolaria propter eorundem declina-
tionem in poſitione ſcioterorum, eorumque tortuoſitate falſas horas ſignant:
communia verò, quia per Ciuitates pulſantur fallaciſſima ſunt, quoniam cum
crepuſculis rotantur, tum quia etiam ab eorum cuſtodibus maxima negligen-
tia notantur, ponderaque vel tardius, vel citius mouent, vel ab aliquo alio
impedimento horæ alterantur: unde difficillimum ſit non dico momentum, ſed
neque ſæpius ſpatium horarium iuſtè adnotare.

Sed quis eſt hominum, qui ſuorum filiorum exitus, accuratè per Aſtrolabium, vel aliquod aliud inſtrumentum perfectiſſimum notent? pauci profectò; neque enim omnes Principes naſcuntur, neque Mathematici. Verum tamen eſt quod inueterata conſuetudine omnes, etiam plebei, horas naſcentium obſeruant, & ſcribunt: ſed tam abſurdè, rudique modo, ita, ut ſi aliquam pulſare ſentiant, antequam infantulus oriatur, & poſtea, à media hora naſcatur, illam, quam prius audiuere, ſignant. propterea differentia maxima, à veriſſima intercalatur. nam media illa hora neglecta, cum altera crepuſculorum media, & aliquod aliud tempus per errorem non obſeruatum, maximum diſcrimen augumentatur. Rurſus aliquando Nutrices addunt horas, ſed illas, quas poſt editum partum pulſarunt. quandoquidem ex errore aliam pro altera, in Baptiſmorum albis inſeruntur: ut euenit in mea natiuitate.

Mea autem Mater dixit mihi, ortum me fuiſſe tertia hora noctis, ſed illam audiuiſſe, poſtquam in lectulo cubuiſſet, exatis partus moleſtijs. Supputaui igitur genituram illa hora tertia noctis nullamque inueni cauſam originis impulſiuam, ideoque bene conſideratis planetis, viſoque Sole à declinatione beneficorum adiuto, ipſaque Luna prope cardinem occidentalem degente, neceſſario cogitaui ſecundum regulas naturales, idem Luminare impulſum mei origini dediſſe, cum in diſtantia æquali fuit cum Sole à cardinibus rectis, Luna à m. c. Sol. verò ab Imo. Erat autem tunc hora 6. m. 37. ſec. 36. poſt meridiem, ergo hora 2. min. 16. horologij. ex hoc ergo tempore exatiſſimè rectificatio correſpondet. Mater namque mea audiuit poſtquam in lecto quieuit pulſare tres horas noctis, unde ſi conſideramus tempus quod præceſſit, & quod conſumatum fuit, ab ab exitu meo, ad eius tranſitus in lectum, multum certè decurſit: adeo ut min. 44. antea ab utero erupui, ut luce externa fruerer, ex proprio igitur exemplo patet quantum in alijs ſit obſeruandum.

Hinc multi varia dixerunt, & excogitarunt, ad requirendam natiuitatis horam (reiecta conceptione utpote incertiſſima) ſolum infantis ortus eſt attentè obſeruandus. Citra dubium eſt ex aliqua cauſa dari, ut quis in hunc mundum veniat, neque nos ab utero eximus niſi perfecta maturatione partus, cauſa aliqua cœleſti impellente, quæ celerrima in motu eſſe debet. neque ad alias cauſas referri poteſt, niſi ad motus cœleſtium corporum, cum mundus de neceſſitate continuus ſit ſuperioribus lationibus, ut omnis ipſius virtus inde gubernetur. Ptolomeus quamdam rectificationem excogitauit, quæ neque rationi congruit, neque experientiæ, vult enim ipſe, quod ſit recurrendum ad coniunctionem Luminarium, quæ natiuitati præceſſit, vel eorumdem oppoſitionem, & ad illum planetam, qui maiores dignitates habuerit in loco coniunctionis, gradus illius in aſcendente, vel m. c. collocandus ſit, prout aſcendenti, aut m. c., figuræ ad horas æſtimatiuas conſtitutæ, numerus fuerit propinquior. ſi verò præceſſerit oppoſitio tunc conſpiciendum quis ex Luminaribus fuerit ſupra terram, & tunc illius dignioris planetæ gradus, quos obtinuerit in figura cœleſti, reponendus erit in aſcendente, vel m. c. obſeruata partium propinquitate ut ſupra.

Ariſtotel. 2. Mete.

Quadr. l. 3. c. 2.

Primo autem hic modus omnino imaginarius exiſtit, cum reſpiciat conſtellationem iam, tranſactam; quæ cum fuit ante ortum infantis ſuper illum non influebat.

Secundo poteſt eſſe, quod ſit planeta maleficus ille, qui plures dignitates obtinuerit, quæ maleficentia, non poteſt ad rectificationem reduci, vel ad vitam tuendam, alias naturæ ordo ſubuerteretur, & quando malefici ſunt in cauſa ortus

tus

tus infantium, vel ſtatim moriuntur, vel breui vitæ ſpatio fruuntur. (ut clare in exemplis infrà patebitur.

Tertio illi gradus ſunt accidentales, ut ad propinquitatem aſcendentis, & M. C. conueniant.

4. Quarto nullo modo fieri poteſt, ut quis naſcatur ſine cauſa inſtanti, ac veloci quæ in aſpectibus ſub Primo mobili erui nō poteſt, utpote tardiores ſint. Neceſſariò igitur debent eſſe proportiones in Vniuerſum, quæ celerrimæ, ad motum diurnum contingunt. Iſtæ autem ad Cardines ſuccedunt, quando æqualiter ab ipſis planetæ undequaque cum ipſo Solè decurrunt, tunc temporis figuram æquicruriam faciunt. Sol quando non eſt læſus à maleficis (utpote ſemper vitæ fautor) tunc ſi æquidiſtantia non iuvat, in centro duorum Cardinum orizontalium, & rectorum, aliquod ex Luminaribus ibi prope degentibus, vel ex aliquibus planetis non longe ſtantibus, includendus erit; quæ rectificatio certiſſima ſuccedit, & rationi confert; cum naturalis ſit, & ſimpliciſſima, aliàs ſi hæc cauſa in aliqua geneſi, non reperiatur, vel nunquam ille fętus in lucem eueniet, vel tempus ad duas horas adulteratus erit, quod maximum ſpatium exiſtimatur.

Hic modus tam euidens eſt, & certus, ut data bona rectificatione, dentur, & exatæ directiones; neque nos ad accidentia recurrimus, ut alij faciunt. quippe quod nimis infirmus requirendi modus ſit, neque ſemper accidentia nota ſunt, ſicut haud ſemper ſeniorum, adultorumque natiuitates conficiendæ veniunt. Reiecto igitur modo Ptolomęi tamquam fallaci, ut ipſe teſtatur Argolus, cum dixerit. *Hæc via multoties exata reperitur licet non perpetuò*: & alibi eodem loco *Ptol. paruā* *quod planeta eſt minus diſtans, à gradibus aſcendentis, vel m. c. tunc recurrendum eſt ad gradus antiſcij ſui imperantis*. quæ quidem incertitudo cum viciet *c.10. l.1.* actum, ut notant Iuriſtæ in l. incertitudo ff. de reg. iur. reijcienda omninò venit, ad mentem etiam Lactantij Firmiani, ait enim. *Stultiſſimi eſt hominis, præceptis eorum velle parere, quæ utrum vera ſint, an falſa dubitatur, & ideo nemo paret, quia nemo vult ad incerta laborare.* Rurſus rectificatio per accidentia licet non falſa ſit, attamen quia non ſemper hoc accidit, relinquenda venit. Nos autem inſpecta figura natiuitatis ad horas æſtimatiuas erecta, ſtatim eam modo ſupradicto rectificamus, ſine euentuum obſeruatione. Profeſſores verò quamplurimi; cum voluerint ſuas directiones accidentibus accomodare, tempus [illegible] ximum ab horis æſtimatiuis ſubuerterunt, ut notat Clariſſimus Conta[illegible] in ſuis obſeruationibus, ſæpeque contingit, ut una eorum directio ad tempus accomodata, ad alteram poſtea, non congruant horæ correctæ. unde ſtante hac incertitudine, nihil ad exarandas horas antiqui inuenerunt; (dico antiquos, nam & ante, & poſt Ptolomęum, plures ſapientiſſimi fuere). Hinc videre quis poteſt, quomodo Iunctinus in ſuis rectificationibus, acceſſit ad hanc noſtram regulam, cum ſępius planetas, ac Luminaria in centro cardinum orizontalium, intrudat, ad originem vitę demonſtrandam. Sed cum facile ſit inuentis addere, quippe etiam neque inſpecto Iunctino Pręceptor meus diuino prope ingenio hunc modum ſpeculauit, ac in trecentis, pluribuſque natiuitatibus adamuſſim veriſſimum inuenit, veroque tempori congruere.

De fal. ſap. l. 3.

Huius autem rectificationis intelligentiam quis percipere non poteſt, niſi prius omnes Cęli motus intellexerit, & pę manibus habuerit, ita ut in ipſa Aſtronomię facultate, niſi perfectè ſaltem doctè verſatus fuerit. Hinc poſitum in cęleſtis figuræ typo, ad libitum, ut res expoſtulauerit, mutare, non ſit ignarus, ita ut illud quod eſt m. c. ſtatim in aſcendentem conuertere, vel data ali-

qua angulorum aſcenſione domorumque, per ipſas aſcenſiones obliquas, rectaſque, figuram conſtruere: neque omnes diſtantias, tam in Zodiaco, quam in mundo, ad ipſos Cardines, lineaſue omnes, ignorare. quæ cuncta neceſſaria ſunt, non ſolum ad Aſtronomiæ, ſed etiam Aſtrologiæ intelligentiam.

Sed hic quis inſurgere audebit; dicendo, non poſſe dari cauſam in Cęlo efficientem, ut quis naſcatur; cum hoc ad naturæ motus, & perfectionem pertineat, ad partus edendos. Reſpondetur abſurdum hoc eſſe dubitare, & contra rationem naturalem negare: nam cauſam generationis, & corruptionis, cæleſtibus influxibus (qui ſecundum ordinem naturæ ſunt) Philoſophi tradiderunt, ut ultra opinionem Ariſtotelis, Auerroes ſimiliter ita confirmat. *Manifeſtum quod generatio cuiuslibet ſpeciei iſtius mundi non perficitur, niſi per aggregationem corporum Celeſtium.* quid igitur clarius cum cęleſtibus cauſis perfectionem aſſignet? idem ſimiliter alibi confirmat tali pacto. *Sol & aliæ ſtellæ quæ ſunt principium vitæ cuiuslibet viuentis in natura; & calor Solis, & ſtellarum diuiſus in aqua, & terra generat animalia.* Quod confirmant etiam Sancti Patres concurrere ad generationem; & equidem validiſſimè, ſunt rationes, quæ ducuntur, propter quod uniuerſa corpora Cęleſtia creata fuerint ab Altiſſimo, hinc quo fine, qua ratione moueantur, luceant, ac influant. ſi quis verò hæc omnia negare audebit, ſtulteſcere cenſendus erit.

In 2. Cal. 12 Metap. comm. 18.

De Reuolutionum Viribus, Cap. IX.

POſt directionum vires, reuolutiones in poteſtate influendi locum obtinent: quæ in duplici differentia ſunt. Generales ſcilicet, & particulares. Generales autem intelliguntur illæ, quando Sol ad puncta Cardinalia peruenerit, in quibus quatuor anni qualitates, ex diuerſitate influendi in hæc inferiora conſtituit. Ex illis enim quid eo anno futurum erit, in uniuerſali prognoſticatur, & verò unaquaque Regione, vel Ciuitate, attenta reuolutione, & quomodo ſitus illarum ſtellarum cum ſtellis fixis, illis locis verticalibus, in familiaritatibus, aſpectibuſque, ſeſe habuerint. tum etiam natiuitate Principis, non neglecta locorum diuerſitate in parallelis. Verum hæc dicuntur generales in mundo reuolutiones, ſicut etiam eas poſſumus ſub hoc genere comprehendere, quæ Regibus, Principibuſque contingunt, nam multum ſuper populos ſubiectos eorum Dominijs poſſunt. Fortuna autem Regis populorum eſt. de quibus in hoc loco non eſt ſermo.

Particulares ergo vocantur ſingulæ, quæ unicuique indiuiduo occurrunt. hinc reuolutio nihil aliud eſt, quam reditus Solis ad id punctum ſub Primo mobile, in quo tempore natiuitatis erat. Multum verò valet, & influit, tum ratione naturali, tum experientia: & ratio ea eſt, quia cum Sol validiſſimè influat in hæc inferiora, maximamque vim faciat eo loco genituræ; tunc quando denuo ad illum reuertitur, ſuſcitat illam impreſſionem, & renouat, ita, ut reuolutio dici poſſit alia natiuitas, reſpectù tamen, ſecundæ, ad primam: influit ſecundum familiaritates, quas eodem tempore contrahit, quæ ſi primis qualitatibus natiuitatis, aliquo modo aſſimilentur, maximam vim in Natum exercebunt; non omninò tamen, ſi contrariæ erunt effectus ſuos emittent; cum ſucceſſiuæ ſint directiones in agendo poſt primam radicis qualitatem, neque etiam per reuolutiones deſtrui poſſunt. Hinc patet quod ſi aliquando aliqua directio aliquid fauſti pronunciet, & effectus non ita ingens enaſcantur, hoc procedit propter

reuo-

reuolutionum contrarietates, in aſpectibus, aut ſyderum poſitionibus, tam in Zodiaco, quam in Vniuerſum, ut Origanus in Aſtrol. natur. membr. 4. c. 1. teſtatur patet ergo quantum reuolutiones poſſint directionum vires minuere, atque augere.

Quapropter, & ſi Franciſcus Bacconius Clariſſ. Vir dixerit, non eſſe adamuſſim locum Solis quærendum in natiuitatibus, ad ipſam conſtruendam reuolutionem: attamen omninò putamus ſecundum communem Doctorum ſententiam eſſe exatiſſimè exarandum. Et profectò, quomodo verum planetarum locum quis poſſet habere, ſi fundamentum temporis deeſſet? & illud, quod eſt magis obſeruandum, quomodo mundanum ſitum gnoraremus, ſi paruo temporis horæ ſpatio, maximum in mundo propter motum diurnum diſcrimen orietur? unde ſi hoc non eſſet neceſſarium, Solem, vel cęteros planetas, potius in quarta, quam in quinta eſſe iudicaremus; cum plurimum ex mundana poſitione diuerſitas influendi eueniat; ut cecinit Fracaſto.

In primis tum Sol rutilus, tum ſydera cuncta
Tellurem, liquidaſque auras, atque æquora ponti *Morb. Gal. l. 1.*
Immutant, agitantque: utque ipſo ſydera Cęlo
Mutavere vicem, & ſedes liquere priores;
Sic ęlementa modis varijs ſe grandia vertunt.

Igitur cum ad ſenſus mutationes magnę, prò varietate ſitus conſtituantur, neceſſariò momentum temporis (comodo quo poſſumus accuratum) habere debemus, ac ipſum Solem reuoluere, ad locum natiuitatis, Figuramque cœleſtem ut Profeſſores tradunt inde erigere, ex illaque de prædictionibus coniecturam facere animo moderato, nulloque prorſus amore, odioue, ac temeritate coinquinato.

Illud autem quod de profectionibus tum annuis, tum menſtruis, prædicatur omne fabuloſum eſt, & omninò incredibile. Volunt enim, quod Sole verſante primo anno, V. g. in 2. parte alicuius Signi, ſecundo anno, ſit in alterius ſequentis Signi ſecunda: quæ intercapedo triginta gradus continet. quomodo igitur ad annum unum poteſt illa ſumma protrahi? Miratur Argolus, quantum antiqui magni fecerint has profectiones, cum nihil ſucceſſibus correſpondere compertus ſit, inquit enim. *Admiratione ſemper affecti fuimus, primarios antiquiores Aſtrologiæ Profeſſores tantum exiſtimaſſe profectiones, præcipuè in mundi annorum reuolutionibus* (poſtea ſubiungit) *nam præter quam quod ex Ptolomæo ſint minimæ inter alias temporum diuiſiones; experientia eorum tam magnifica aſſignata, non congruunt cum effectibus*. quod idem confirmat Placid. de Titis Philoſoph. cœleſt. L. 3. c. 9. Alia fortaſſe eſt ratio harum profectionum, ut citatus Auctor inquit, nempe in Lunationibus Emboliſmicis, poſt natalis diem, ut docet in ſuo Primo mobili can. 40. attamen attendendæ ſunt directiones, & reuolutiones, utpotè magis certè, & primariæ. Hinc non ſunt ſpernendæ criſes, immo religioſè obſeruandæ (de quibus infrà): item reuolutiones Lunares, ad inuenienda temporum accidentia, ut Argolus tradit in ſuo Primo mobili c. 19. Puto tamen ego, primo loco conficiendas eſſe reuolutiones Lunæ, nempe cum redierit ad natiuitatis locum, ex his autem ad eius Auctoris mentem, quæ magis directioni acceſſerit, vel ex eius quadraturis aſpectibuſque correſpondebit, effectus in lucem prodiri; & maximè obſeruandæ ſunt omnes coſmicæ familiaritates, cum ex illis maiores euentus, qui citiſſimi enaſcuntur, auſpicentur, qui præcipuè à Diarijs noſtris apparent.

Ptol. paru. l. 3. c. 9.

F 2 Syde-

De ratione Antiſciorum, ſeu declinationum. Cap. X.

SYdera autem inter ſe per Antiſcia aſpicere dicuntur, quando æqualiter ab Æquatore diſtant, circuloſve ab eo parallelos faciunt. Iſti verò aſpectus in duplici differentia decurrunt, alij vocantur imperantes, & ſunt quando ſtellæ Signa ſeptentrionalia permeant, alij obedientes, quando auſtralia petunt. Aſt ratio ea eſt, nempe prò virium poteſtate, ac differentia. Aſtra igitur prò ut magis magiſque ad noſtrum verticem accedunt, maiorem intendunt lumen, propter perpendiculi rationem: hoc enim faciunt cum ſigna borealia rotantur, demittunt vires, & obediunt, quum meridionalia labuntur, vel à noſtro vertice recedunt; ideo illa imperantia, hæc obedientia pro facultate influendi, nuncupantur, ut Ptolom. affirmat his verbis. *Iſtarum autem partium illæ, quæ in medio æſtiualis circuli formantur, ſublimes dicuntur, & quæ ſunt in hyemalis circuli medio, nominantur infimæ.* Et hoc propter quantitatem arcuum, quos ſupra horizontem faciunt. Quæ autem Antiſcia nil aliud ſunt quam ſtellarum declinationes, ut dixi ab Æquinoctiali circulo. Quiquidem aſpectus, ex tabulis declinationum eruuntur, ſano tamen modo ſunt accipiendi, non ut vulgo traduntur. Verum ſtellæ nullum aſpectum proijcere poſſunt, neque eorum lumen colligere, niſi inter ſe; quod quidem à paucis hoc intelligitur. Si Planeta aliquis. V. g. ſit in ſecundo gradu ♒, Antiſcium ſuum vibrabit, in vigeſimum nonum ♏, neque efficax declinatio erit, niſi in illo vigeſimanono ♏ alter planeta extiterit, qui radios prouenientes, ex altero conſtituto in ſecundo ♒ recipiat; ut ſubumbre docuit Almanſor. *Notabis ſemper configurationem ſtellarum, non per ſigna, ſed per radios.* Rurius ſi unus eorum Planetarum diuerſam latitudinem habuerit ſimul non declinabunt neque efficax erit Antiſcium, ut tradit Ptolom. quadr. l. 1. c. 24. ſed clarius locutus fuit Hermes. *Variantur ſemper ſignificationes ſtellarum, quando in configurationibus earum ad inuicem ipſarum latitudines variantur.* Quamplurimi autem nulla alia attenta latitudinis ratione, accipiebant Antiſcia, ad illas partes, in quibus Signa, ſe inuicem aſpiciebant, quod vanitas fuit, neque enim, ut putó, ſapientes ita intellexere, neque tradidere; ſed ſolum declinationum rationem, per Signa æquidiſtantia ſimulque orientia, ſignificarunt; cum illæ partes, quæ à punctis æquinoctialibus pari & eadem velocitate temporis oriantur, & occidant in quolibet poſitionis circulo, propter quod ipſe Ptol. hæc loca ſe inuicem intuentia opinatus fuit; ſed quia loca ipſa nihil faciunt niſi planetæ inter ſe ſub ipſis intueantur: clarè igitur agnoſcitur intellexiſſe, quando in ipſis Aſtra reperiantur. locus verò ſine lumine non agit, niſi corpore aliquo luminoſo ſuperueniente, tunc enim prò ſitus varietate operantur Planetæ; ſimiliter animaduertendum in fixis, ſed ad res, mutationeſque generales; cum tempus maximum requirant, ad effectus parturiendos, crebraſque circulationes, & planetarum impulſus. Hinc reſpuenda venit opinio, quod declinationes, ſeu antiſcia, ſemper in Ecliptica ſumentur, neglecta latitudinis ratione; adeo, ut hæ familiaritates fiant tantum inter partes, non inter ſydera, communicari poſtmodum ipſis aſtris, nō niſi ab illis partibus dependenter, quod contra naturalem rationem eſſet. Nam ſupra diximus partes locorum ſub Primo mobile nihil agere, niſi ſydera ſub ipſis ſint, neque aſpectus dici poterit, niſi duo luminoſa corpora ſe inuicem aſpiciant, ſecundum Placid. de Titis ſententiam, aſſerit enim ita. *Nunc partes Eclipticæ, à Ptolomæo definitæ intuentur alias par-*

Quadr. l. 1. c. 15.

Centil. 38.

Centil. 97.

Philo. cæl. l. 2. c. 6.

Digitized by Google

partes, ſed aſtra in ipſis partibus inuenta reſpiciunt alia ſydera in alijs partibus, quæ per Ptolomæum ab illis dicuntur aſpici, reperta. Et explicat, Antiſcia non fieri ullo modo inter partes Eclypticæ, ſed inter corpora ſtellaſve luminoſas: cum paulo ſuperius, ad mentem noſtram reddat rationem, dicens, *quia non influunt Cœli loci, qui lumen non habent, omne enim influxum puto cum lumine proficiſci, ſine lumine nequaquam*. Et equidem, cum lumen ſit cauſa ſyderum inſtrumentalis, & eorum influxuum vehiculum. hâc rationem etiam Ptolomęus attingit, cum dixerit. *ab hoc quod cum Sol per æſtiuali circuli medietatem illuminat, dies noctibus breuiores eſſe demonſtrat*. Vnde patet intellexiſſe quando ſtellæ in illis locis ſunt. Porrò conſiderandam diximus eſſe planetarum latitudinem, nam per ipſam paralleli diuerſi fiunt; & cum Antiſcia ſint æquidiſtantię ab Æquinoctiali circulo, vel ambo planetę debent eſſe in Eclyptica, vel ambo eadem latitudine pollere. Vt habetur ex Placidiana doctrina Philoſoph. Cœl. l. 2. c. 6. Et pariter ſecundum Ptolomęi ſententiam, cum dixerit neceſſarium eſſe quod ęquali ſpatio temporis perorientur, eoſdemque parallelos deſcribant, quòd accidere non poteſt, ſi latitudo diuerſa interceſſerit, aliàs aſpectus vani redderentur, ſicut Almanſor ita confirmat. Cum *verò duæ latitudines diuerſificantur, circuli eius circularis motus diuerſificantur*. & adiungit. *in hoc autem capitulo nullus ita perfectè locutus eſt*. Ruſus ſunt planetæ in æquali diſtantia, quando hinc inde ab Æquinoctijs permeant, paralleloſve deſcribunt, ſi tamen latitudinem æqualem habuerint, dum̄modo in ipſa non excedant per quatuor pattes, in longitudine Signi diſtantes. nam per tres agere poſſunt, (ultra experientia nondum aliud edocuit) & ſunt hæ familiaritates tanti roboris, ut ipſe Placidus de Titis affirmauerit dicens. *hæc autem familiaritates tanti roboris ſunt, ut ipſe ſint efficaciſſimæ, ferè ſicut coniunctiones, quæ item ſunt proportiones æqualitatis*. Inſuper Antiſcia ſunt aſpectus longioris durationis, cum ſeſe habeant ad motum Zodiaci, tam in longitudine, quam in latitudine, ſunt etiam in mundo reſpectu ipſius Æquatoris, ſed tamen ad Signiferi gradus ſpectant; unde effectus non ſunt tam vehementes, ac præcipites, excepta Luna, quæ quotidie, & ad horas crebras facit mutationes, prò ut cum reliquis planetis fluendo declinat. Hæc autem Antiſciorum doctrina, tam neceſſaria exiſtit in aſtrologia ut retificatio ſine ipſa fieri nequeat. Nam Sol poteſt eſſe offenſus maleficorum aſpectibus in Geneſi, & poteſt eſſe deffenſus à declinatione beneficorum, ita ut valeat rectificatio, ſine beneficorum parallelis cum ipſo Sole. ut accidit in mea figura, in qua Luna in parallelo recto cum Sole tempus correxit, & tamen Sol à Saturni quadrato læſus exiſtebat, attamen etiam à beneficorum declinatione adiuvabatur.

Quad. l. 1. c. 15.

Prop. 14.

Videant igitur iſti Aſtrorum hoſtes, quomodo de rebus futuri pronunciare poſſint, ſi partem neceſſariam Antiſciorum ignorent: & ſi declinationes quandoque agnoſcunt: de illis ſine ulla intelligentia pronunciant, eaſque reducunt ad impoſſibilitatem ac falſitatem. Quomodo quæſo ſtella in 3. gradu ♑ degens, Antiſcium proijciet, in gradus 27. ♐ ut autumant, ſi ibi nullum luminoſum corpus extiterit? tunc aſtra vibrant, & parallelos deſcribunt, quando adſunt aliæ ſtellæ, ſeu planetæ validè ad recipiendū lumen ab alijs eiaculatum, inſpecta, & habita ſemper latitudinis ratione; nam Planeta in eodem v. g. 3. gradù ♑ exiſtens, in 27. ♐ gradus nullum declinationis parallelum faciet, ſi ibi planeta non extiterit, & ſi ad fuerit cum latitudine diuerſa, vel magna, adhuc non declinabit; quia Saturnus in 3. gradu ♑ ſub Ecliptica declinabit ab Æquatore partes 23. & Iupiter, in 27. ♐ cum latitudine meridionali grad. 4. declinabit

p. 27.

p.23. unde per 4. gradus cum minutis non neglectis à parilli parallelo diſtabunt; & per unum extra actiuitatis Sphæram,(cum ſolum per tres gradus aſtra in antiſciis agant) ideo ex his colligitur, quod ſine latitudinis ratione declinationes penitus ignorantur. Hinc melius, & clarius patebit in exemplis infra explicandis, in quibus ferè omnes aſtrorum paſſiones, & quæ poſſunt ſub oculis differentiæ occurrere, omnia trademus. Hucuſque igitur ſatiſdictum ſit; hinc tranſitum faciamus, ad aliquid de parallelis dicendum, & æquidiſtantijs, quæ in uniuerſum occurrunt; quæ familiaritates admodum utiles, ac neceſſariæ exiſtunt.

De parallelis, & æquidiſtantijs mundanis. Cap. XI.

PArum autem nihil antiqui de coſmicis diſtantijs tradidere, niſi quia aliquid circa parallelorum doctrinam inſinuarunt, fortaſſe de omnibus coſmicis aſpectibus ſuboſcurè intelligere voluere. Præterea citrà dubium eſt, quod multum in hac doctrina traditionibus dubijſque inuolutum, aut non ſcriptum ob temporis vetuſtatem, rerumque viciſsitudinem, deperditionemque habebus.

Priſci autem, nempe ante Ptolomęum, ſapientiſſimi fuere, regulaſve omnes adamuſſim fortaſſe habuere, illaſque enigmatibus ſcriptas, ſubſequentes interpretarunt: indeque maximi errores exorti, Aſtrologia vera antiquata fuit. Haud negauerim tamen, & poſt Ptolomęum fuiſſe Viros ſapientes doctiſſimoſque, qui parcè ſcripſerunt, & ſi aliquid dilucidarunt, nihil habemus, propter magna incendia direptioneſque, quæ varijs temporibus ſequutæ fuere. Verum de illis æquidiſtantijs, quæ motu diurno ad Cardines perficiuntur, obſcurè quidem loquuti fuere, inter quos Almanſor, ſic ait. *Cum non fuerit inter aliquem planetarum, & ſignificatorem ictiſal aſpectus, & fuerit uterque in eodem circulo, & ex circulis parallelis: in nadir, vel anabat, vel in æquinoctiali itinere, erit melius quam ictiſal aſpectus*. Ratio autem cur hæ familiaritates efficaces ſint, & in numero aſpectuum ponendæ, ea eſt, quæ Placid. de Titis adducit, ait enim. *tot eſſe genera radiorum, quot ſunt aſtrorum motus, quibus ſucceſſiue influunt, & diſtantijs efficiunt*. Clarum enim eſt, duplicem eſſe ſyderum motum, ad ſenſus & ſecundum apparentiam, unum ſub Primo mobile, ab Occidente in Orientem verſus, nempe ſecundum Signorum ordinem, qui realis, & verus exiſtit, alterum eſſe ſecundum motum vniuerſi, (qui vulgò raptus vocatur) ab Oriente in Occidentem, & cum Aſtra tam in uno quam in altero, quatuor luminis paſſiones efficiant, igitur duo familiaritatum genera dari oportet, in Zodiaco, & in mundo, ſecundum diſtantiam ab Æquinoctiali circulo deſumptam, ac ad quatuor angulorum cardines, qui paralleli in Vniuerſum vocitantur redactam. Ptolomeus recenſuit has familiaritates in illis verbis, quæ ita expoſuit. *Ex quibus omnibus euidens fit habitudines ſtellarum ſingularum exquirendas, tum ex propria natura earum, tum de natura ſigni in quo fuerint, nec non ſecundum configurationem ad Solem, & cardines, quæ cuncta a nobis indicata ſunt*. Perficiuntur igitur aſpectus ad cardines motu Primi mobilis, cum duo ſydera à cardinibus æquidiſtent, vel ambo ſint in parte deſcendenti; vel altera earum in aſcendenti, altera autem in deſcendenti. Eruuntur verò arcubus ſemidiurnis, ac ſeminocturnis, qui arcus cum per differentiam aſcenſionalem innoteſcant, cum latitudine agnoſcuntur; attamen non ſunt efficaces hæ æquidiſtantiæ ita ſumptæ, ubi fuerint apparentes, cum ſola familiaritatum apparentia effetrix ſit; ſi autem per ipſas aſcenſiones, & diſtantias ſummentur, non correſpondebunt apparentiæ, cum poſſint eſſe

Prop. 140.

Philo. cal. l.2. c.1.

Quadr. l. 3. c. vlt.

Digitized by Google

eſſe duæ ſtellæ, à cardinibus æquidiſtantes, quoad apparentiam, & per aſcenſiones, deſcenſioneſve obliquas ſumptæ, non æqualiter diſtare (quod hoc euenit propter arcuum in latitudine, diuerſitatem) ideo ſeruāda erit proportio ac cardines, lineaſve domorum, ſicut ad oculos ſeſe demonſtrant, enumeratis gradibus intercipientibus, ut clarius in exemplis, ad ocaſionem explicabimus.

Familiaritates igitur in mundo, ſeu ad cardines, nihil aliud ſunt, *quam proportionalis aſtrorum influxus ſecundum motum circa mundum acquiſitum, prò ut in æqualitate apparent*. neceſſarium equidem eſt proportionalitas, ad hoc ut aſpectus vires habeant, inconſonantiæ verò nihil agunt, ut patet in omnibus rebus, quæ inter ſe diſcriminantur: proportio, & vniſonitas in omnibus ad agendum requiritur. dicitur ſecundum motum, quia ſydera ſine motu familiaritates non componunt, quare neceſſe eſt ut moueantur, & realiter permeant ad aſpectus cuiuſcunque generis, ſequuntur verba illa in definitione, *circa mundum acquiſitum*, ad differentiam aliarum familiaritatum, quæ in Zodiaco perficiuntur. Tandem ponuntur ultima, nempe, *prò ut in æqualitate apparent*; ad hoc ut intelligatur (ut ſupra dixi) quod paralleli ſummendi ſunt ſecundum diſtantias apparentes, ad ipſos cardines, lineaſve domorum; non verò ſecundum ipſas deſcenſiones, aſcenſioneſve, arcnumque quantitates.

Obſeruandum autem hic eſt, quod fabuloſæ illæ imobilitates planetarum, non ſunt admittendæ (ut iam diximus) ſed ſecundum verum, naturalemque motum excurrere debent, incidentes planetæ in coſmicos parallelos; ita, ut eodem momento temporis, quo ſub Primo mobili vertuntur, ita etiam circa vniuerſum voluantur, aſpectuſque ad æquidiſtantias deſcribant. Hinc illud quod ab incerto Auctore profertur, circa parallelos in Zodiaco ad aliquem planetam, qui inter duos iaceat, experientia nondum me docuit eſſe obſeruandum: attamen contra probabilitatem haud eſt; cum ad ſimilitudinem parallelorum ad cardines, etiam in Zodiaco ad planetas occurere poſſint, & producere efficaces effectus, præcipue ſi in eodem ſigno fuerit; adeo, ut intermedio, lumen utriuſque à lateribus, ex actiuitatis ſphæra, participent, & hoc caſu regulæ illæ ab altero Auctore traditæ, nempe obſeſſum eſſe planetam, cum à duabus, corpore, vel radio fuerit circundatus; quicquid ſit ipſa coniunctio obſeruanda venit quomodo fiat, & cum qua paſſione; reliquum autem non ſatis comprobatum, obſeruationibus fuit.

Quid ſtatuendum ſit circa luminis actiuitatem in planetis. Cap. XII.

STellæ omnes, & præcipue planetæ triplici inſtrumentali cauſa in hæc inferiora agunt, lumine, motû, & influentia oculta. Lumine autem, & profectò, cum ad ſenſum pateat, ſine lumine nos nihil percipere, immo lumen ſine motu ſtare non poſſe; ideoque à plurimis, cauſam motus eſſe dixerunt. ut Du Hamel ait. *Summa & incredibilis eſt huius motus celeritas, cum ab inito contra, atque grauia corpora, quam poteſt velociſſimè moueatur*. Sicut in igne flammaque experimur, nec ad ſenſum percipi poteſt tempus, quo ſit radiorum tranſmiſſio. Sol enim cum ad Orizontem peruenerit ſubitò lumen quaquauerſum diffundit, & ad oculos noſtros peruenit nulla mora temporis intercepta, & tamen exeunt radij, donec inflectantur per aliud corpus quodcumque ſit. Cum aer circa terram Philoſoph. Tom. 2. l. 1. c. 11.

ram

ramfuſus, fumo ac vaporibus refertus ſit, hinc euenit quod radij per aſtra, ad nos deducti multum inflectantur, maximè cum ſtellę Orizontem ſtringant. ibi enim fuliginoſus aer, & craſſus exiſtit, inflectuntur etiam radij, per aliud corpus luminoſum, ſeù planetarium, & vibrantur, cum retrocedant, mixtique ad nos uſque pertingant. Vnde autem hęc mixtio fiat, hoc non eſt compertum, ſolum effectus diuerſos corpora cęleſtia producunt, prò ut inter ſe familiaritatem contrahunt. Stellę igitur lumine influunt, quia eſt ſubſtantiale quodam effluvium cum iugi motione coniunctum.

Secundo motù influunt cęleſtia corpora; & equidem ſine motione lumen non diffunderetur, neque animalia generarentur, cum in illo vis omnium rerum ſit, & cuncta in illo moueantur. Auerroes idem teſtatur. *Manifeſtum eſt*
3. Cæli. *quod generatio cuiuslibet ſpeciei iſtius mundi, non proficiſcitur niſi per aggregationem corporum Cæleſtium*, ſed cum aggregatio ſine motù fieri non poſſit, neceſſarium igitur eſt, moueri corpora cęleſtia ad influxus inferius tranſmittendos, cum ex ipſorum lationibus configurationum diuerſitates proueniant, ac influxuum varietates, ſecundum D. Thom. ſententiam. ait enim. *alteratio non poteſt eſſe*
C. 2. con. Gent. c. 82. & 84. *niſi præſiſtente loci mutatione*. & alibi dicit. *Corpora cæleſtia agere per motus*. In motù igitur generatio fit, & calore, unde non niſi fatuitate laboraret ſi quis negaret ex lationibus ſyderum diuerſos influxus non prouenire. Res autem nimis trita eſt, ideoque ſilentio inuoluenda, cum explicare motus naturam ad inſtitutum non attineat; particulare enim eſt Philoſopho, non Aſtronomo, ſufficit autem demonſtraſſe corpora cęleſtia moueri, & influere.

Tertio influentia occulta agere ſydera, & quamquam videatur Lux, eadem eſſe cum influentia, lumenque vehiculum eſſe cęleſtium afflatuum, attamen loqui poſſumus, aſtra lumine ſuo, occulto quodam modo influere. Cum autem ingentes, totque differentes ſuperiora lumina producant effectus, virtutemque eorum operandi non percipiamus, neque agnoſcamus, & quomodo Solem ſuo lumine vſque ad viſcera terræ pertingere percipere poſſimus; poteſt tamen, ſicut faciunt alia ſydera, ſubordinato aliquo alio inſtrumento, nempe per calorem influere. Videmus enim Solem liquare pinguia mediante calore à lumine producto. lux namque producit calorem, calor ignem. Rurſus negare abſolutè non poſſumus lumen, non peruenire ad viſcera terræ, licet ſenſui noſtro non ſit manifeſtum. quandoquidem plures ſunt effectus in rerum natura à ſenſibus noſtris abſcondi-
L. 3. c. 4. ti. ut Bacconus tradit. *Audiamus & illud (in quo in partes Aſtrologiæ ſi fuerit emendata non obſcurè venire videbimus) nimirum quod nobis prò certò conſtet cæleſtia in ſe habere alios quoſdam influxus præter calorem, & lumen*. Quod autem hoc verum ſit, multa profectò eueniunt quorum cauſæ, vel penitus ignoramus, vel ſi agnoſcimus, quomodo & quando agant neſcimus. Hinc euenit aliquando Aſtrologum falſa prædicere, & præterire etiam aliquos euentus propter noſtræ ſcientiæ imperfectionem, ac intellectus imbecillitatem. Omnia enim ſcire non poſſumus, & omnia quæ intelligimus omninò non percipimus, ſaltem quoad ſuam veram eſſentiam, ac naturam, cum ſolum ex effectibus aliquid dicemus. atque coniectemus, experientiaque firmamus: nec propter hoc omnino deſperare, nec paſſim ad illud ignorantiæ Aſylum confugere debemus; cum ſatis ſit aliquid probabile, & rebus ipſis aliquid conſentaneum ſuſpicari. ita, ut Philo-
Dum Hamel Tom. 2. l. 2. de corp. affect. ſophus circa hoc propoſitum ita dicat. *Quocirca non ideo remedijs uſu probatis fides erit detrahenda, quod fortaſſe modus ille non lateat quo vires ſuas exerunt*, *aut cum anticipatis opinionibus nulla ratione conſentiant*. Similiter de aſtrologia

occul-

Digitized by Google

occultis dicere poſſumus, quæ & ipſa cum medicina eſt conjecturalis ſcientia.

His igitur breuiter ſic expoſitis, ad propoſitum redeamus. Diximus enim lumen eſſe cauſam ſyderum inſtrumentalem ad influendum, & quidem potiſſimam, ac neceſſariam, cum nulli dubium ſit quod ſecundum eius quantitatem, ac diſtantiam agat, ita ut magnum lumen maximam influentiam, minorem non uberiorem, producat, & ſic ſeruata proportione augumenti, & diminutionis.

In Sole verum, cum ſemper idem ſit, ſemper etiam æquo modo agit, diuerſimodè tamen influit, reſpectù acceſſus, & receſſus ratione perpendiculi radiorumque ad verticem noſtrum accedentium: magis namque, ac potiſſimum, vim ſuam exercet reſpectù vicinitatis ad Zenit, in Zodiaco, quam in mundo; in Zodiaco enim cum Signa ſeptentrionalia permeat, lumen diffundit, caloremque maximum intendit ratione rectanguli, ſecus ſi fuerit in Signis meridionalibus, propter radiorum obliquitatem. Rurſus diuerſimodè Sol influit reſpectu defectionis proprij luminis, tū propter Eclypſes, tum propter maculas, prò ut in maiori, minoriq; quantitate in eius dyſco apparent: attamen eius lumen, per accidens ſolummodo diuerſificatur in diffundendo calorem. Ceteri verò planetę cum ab eo lumen recipiant, ideo ſecundum maius, minuſve, influunt, & agunt.

Hinc illud quod per traditionem habemus, de quantitate actiuitatis Sphærarum, non inconſultè recipiendum ſine examine venit æqualiter in omnibus aſpectibus, ſed prò quantitate corporis illuminati, ac familiaritatum qualitate, tribuendum eſt etiam proportionalem actiuitatis Sphætæ quantitatem.

Statuerunt autem Saturnum agere per decem gradus, & per hoc ſpatium planetas ſuo lumine in familiaritatibus pulſare. Non negamus hanc ſtellam per illam quantitatem agere in alia corpora luminoſa, ſed dicimus non in omnibus Syzigijs eandem proportionem dilatationis retinere: & licet Saturnus, Iupiterque ſupra Solem exiſtant, ſemperque pleni appareant, nihilominus, æqualiter in omnibus diſtantijs lumen non diffundunt, ita, ut eadem ratio tam in ſextilli, quam in oppoſitione ſtatuenda ſit.

Familiaritates ergo inter ſe differunt, tam reſpectù quantitatis diſtantiarum intuentium, quam reſpectù luminis receptionis, & effectuum. Minimus autem illarum eſt ſextillis, nempe quando per ſextam partem totius circuli ſe inuicem planetæ aſpiciunt, ideo cum ſit minima, ac debilior, parumque luminis, ut clarè in Luna apparet; ergo etiam ſtatuenda erit minor actiuitatis Sphæra, ita ut proportionem quamdam ſeruent inter ſe aſtra in agendo, ſecundum maiores fortioreſque aſpectus.

Retinendum verum eſt, illud quod decretatum fuit de quantitate Orbium lucis, ſolum tamen minuatur familiaritatum ratione, adeo ut quantitas illa in oppoſitione, ac coniunctione valeat cum ſint pleni aſpectus. Placuit igitur ad maiorem intelligentiam tabellam de quantitate luminis cum proportione familiaritatum, ſub oculos ponere qualis eſt iſta.

	⚹		□		△		☍		☌	
	G	I	G	I	G	I	G	I	G	I
♄	3	20	5	0	6	40	10	0	10	0
♃	4	0	6	0	8	0	12	0	12	0
♂	2	10	3	45	5	0	7	30	7	30
☉	5	40	8	30	11	10	17	0	17	0
♀	2	40	4	0	5	20	8	0	8	0
☿	2	20	3	30	4	40	7	0	7	0
☽	4	0	6	0	8	0	12	0	12	0

Exemplo autem res clareſcit. Saturnus v. g. agit ad ſummum per decem gradus, ergo ſtatuenda eſt hæc proportio, nempe per p. 3. 20. aget in ⚹, & ſicuti □ eſt 90. gradus, & ſuperat ⚹ qui eſt 60, media illius parte, nempe per 30. ita etiam ſuperabit in actiuitate ſui Orbis in agendo, per medietatem prioris portionis, & ſic per p. 1. 40. ergo per 5. in □ aget. Hinc ſicut △ eſt in dupla quantitate reſpectù ⚹ ideo in duplo etiam ſuperabit in ipſa quantitate luminis, & ideo per p. 6. 40. aget, eadem analogia in ☍, ac ☌ ſtatuitur, cum ☍ ſit tripla ⚹, ideo plus in tripla quantitate operabitur, quam in ⚹; quare cum 10. ſit triplum 3, 20. per ipſam abſolutã quantitatẽ, & determinatam ſui orbis ſphæram influet. Eadem prorſus ratio in ☌ habetur, ut ſit altera ☍ vicinior: & licet lumen planeta inferior non tranſmittat, attamen totam vim ſuam per ſuperiorem exercet; accidit autem hoc in inferioribus ſub Sole nam ſuperiores ſemper illuminantur. hac regula ſeruata facillimè agnoſci poteſt ex tabella ſuprapoſita, quid animaduertendum ſit in reliquis planetis. Aſt alia proportio in aſpectibus coſmicis decretatur; nam ſicut experientia eſt rerum magiſtra, ita etiam ratio expoſtulat, ut minor actiuitatis Sphæra in eis decernatur. Obſeruandum verò eſt, quod in omnibus familiaritatibus ſub Æquatore ſecundum Vniuerſi motum, contingentibus, per quinque gradus ad ſummum planetas agere, & hoc in △. □, in ⚹ verò per 3. ; in parallelis ad cardines, ſe habent ad inſtar declinationum ſcil. per 3. gradus tantum. Ratio ea eſt; nam familiaritates in Zodiaco ſicut ſunt tardiores, cauſa motus peculiaris aſtrorum, ita etiam ex illo tempore, poſſunt ſenſim qualitates ſuas intendere, & lumen crebrius vibrare, ideoque maiorem actiuitatis ſphæram obtinent. Familiaritates autem, quæ in mundo contingunt, ſicut motù velociſſimo contrahuntur, lumen non poſſunt ita ſenſim intendere propter breuiorem actionem, ideoque citò euaneſcunt, & non agunt niſi ad partilitatem viciniores; eo modo quo quis. V. g. tenens maximam facem ardentem citatiſſimo curſu erga aliquem properat; ille verò, ad quem accedit, non ſentiet calorem, niſi cum vicinior extiterit cum ipſa face ardenti. quod ſi pedetentim accedat paulatim etiam calorem patietur in aliqua diſtanzia, & prò ut magis, magiſque acceſſerit, vehementiorem etiam calorem experietur. Simili modo, ſiquis ad ignem properabit paſſu velociori calorem, niſi in vicinitate non percipiet, quod ſi gradatim acceſſerit, paulatim etiam caleſiet. Eodem quoque modo aſtra ſub Primo mobili tam citiſſimè non properant, ſicut quoad apparentiam excurrunt motu diurno, ideoque efficaciam ſuam, inter ſe non miſcent, niſi vici-

niora, ad aſpectuum partilitates.

Hinc ſi quis Sphæram Orbium Cæleſtium in agendo negaret (ſicut quoſdam impudentes audiui,) citrà dubium ſtulteſcere eum, dicendum eſſet. Etenim hoc in igne, aut aliquo alio corpore calorifico, ac luminoſo experimur. Ignis namque in aliquo determinato ſpatio calorem ſuum ſenſibilem proijcit, & cum magis ad illum accedamus maiorem etiam calorem ſentimus: ita candela, ad aliquem determinatum locum lumen vibrat, hoc autem prouenit, quia magis in illa diſtantia radiorum actiuitas, ſeu luminoſa corpuſcula, non ſunt ita expanſa, & attenuata, ideoque pro ut magis ad corpus luminoſum petamus, magis etiam corpuſcula illa uniuntur, propterea magnopere illuminant, ſimili modo ratiocinandum eſt de corporibus Cœleſtibus.

Contra hæc, quæ dixi, quis poſſet inſurgere dicendo, aſtra in omni diſtantia agere, cum ſemper in motu ſint, lumenque diffundant; ergo non ſtatis locis, ac aſpectibus. Reſpondetur, verum eſſe ſemper ſydera in hæc inferiora agere, & nuſquam in actione quieſcere; attamen effectus non maturantur, niſi in proportionibus determinatis; ibi autem efficaciam exercent, atque id quod crebra vibratione per motum diſpoſuerunt, ad effectus reducuntur in illis familiaritatibus, ideoque obiectio non obſtat. Proportiones ſeu diſtantiæ illæ ſunt efficaces, quia ſic experientia comprobauit, atque ab omnibus traditum, & conſeſſum fuit. Ad ſenſus hoc patet in lunaribus ſyzigijs vulgoque etiam notum. Hic verò quæri poteſt, ac dubitari, an ſydera agant in puncto familiaritatum partili? & quidem ſanè deberet ſic procedere, nihiloſecius propter incertitudinem certiſſimorum locorum planetarum, hoc ſtatui non poteſt; attamen hoc noſtro æuo per nouiſſimas obſeruationes in Aſtronomia, illud prope verum ignoramus. L. 3. c. 4.
Comes de Verulamio circa hoc propoſitum ſic ſcribit. *Omnis operatio Cæleſtium non in puncta temporum, aut anguſtias minutas, ſed in ſpatia maiora defluit, & adminiſtrantur.* Concedo autem Cæleſtes operationes non perſtringi poſſe ad anguſtias in operando, efficacias tamen ſuas propè terminum aſpectuum defluunt, aliàs effectus in tempore non contingerent, & familiaritatum (quas auctor admittit) determinata ſpatia irrita, vanaque ſtatuta eſſent; neque in totum probabile eſt, quod ſubiungit, nempe: *itaque prædictiones de temperaturis anni veræ eſſe poſſunt, de diebus ſingulis, prò vanis meritò habentur.* Hic ſi Auctor concedit, poſſe prædici, de annuis tempeſtatibus, cur negat de diurnis? ratio, quæ prò illis militat, eadem eſt in iſtis; quanquam non negamus eſſe modum difficiliorem, ſi hoc abſolutè negat, non bene ſe habet; poteſt bene eſſe reſpectu noſtræ imbecillitatis, non verò artis. Rurſus tota doctrina de diebus decretorijs nulla eſſet, quod contrarium à profeſſoribus experitur. Ait enim Galenus. De dieb. decret. l. 3. c. 6.
Porrò illud denuò repetendum eſt, quod nos quoque obſeruantes veriſſimum ſemper eſſe comperimus, ab Ægyptijs Aſtronomis inuentum, Luna non modo ægris, ſed etiam ſanis dies, quales tandem futuri ſint poſſe pronunciare. cum ſequentibus paſſim ab ipſo probatur. Præſertim in præcauendis diurnis tempeſtatibus, modus non obſcurus, licet perdifficilis, propter aſpectuum diuerſitatem, ac parallelorum mutationem, aliorumque cauſarum Regionibus peculiarum igitur non abſolutè eſt negandum, ſed cautè ſecundum ingenij noſtri imbecillitatem coniectandum.

Quid ſit intelligendum circa Cæleſtes domos. Cap. XIII.

Vocauerunt Profeſſores domos cœleſtes ſpatia illa, quæ totum cęlum in duodecim partes æquales diuidunt, & quamquam imaginaria hæc diuiſio videatur, attamen realis & phyſica exiſtit, omnis enim magnitudo, in ſpatia determinata diuidi poteſt, ſiue æqualia, ſiue inęqualia. Lineæ autem per circulos maximos, Æquatoris, Meridiani, & Horizontis, ductæ, ita vocantur ad communem intelligentiam, non quia duodecim in cęlo ſint ductæ lineæ, ſed quia ad partium diſtinguentium commodum, ab ipſo toto, ita ratiocinari oportet, & quodammodo illas ducere, & fingere. Partes enim per illas diſtinctæ realiter ſunt, ſed cauſa motus per ſuos permeant circulos, indeque poſitionem apparentem in uniuerſum mutant.

Diuerſimodè verum hæ domorum ſtationes, à multis traditæ fuere, ita, ut ob hanc opinionum diuerſitatem parum fidei habeant. Aſt illud, quod à Monte Regio edocetur in tab. ſecund. mob. c. de conſtr. dom. omninò eſt admittendum; concordatque cum Argolo alijſque accuratioribus Aſtronomis. Adducit enim loco citato tres opiniones circa has diuiſiones. Et prima eſt illorum, qui arcum ſemidiurnum diuidunt puncti eclypticę orientalis, aut arcum Æquatoris, in tres partes æquales, totidemque arcum ſeminocturnum in ipſo puncto Eclipticę orientalis, ac mundi Polum, finguntque circulos magnos quinque, qui cum Meridiano totum Zodiacum, totumque Cęlum in duodecim partes ſecernunt: quam opinionem, ſeù modum falſum exiſtere probat Auctor dicens. Certas magnitudines in domorum ſpatijs ſeruandas eſſe, quod ſuptadicto modo fieri non poteſt, ratione arcuum, qui modo maiores, modo minores ſunt. Oriente quippe ♋ in regione ubi longiſſimus dies eſt 16. horarum, tunc una domus maiorem ſpatium obtinebit, & duplum ei, quod habet tempore aſcendente ♑; & ubi maius eſt dies, in proportione tripla erit illa domus, cum die breuiori; unde ſequeretur abſurdum, quod non ſemper ſex domus ſupra horizontem eſſent, ſex autem ſub ipſo non degerent, contra Philoſophorum placita. Rurſus conſiderat, quod ſtellarum ortus, occaſuſque confunderetur, eaſque impudenter Aſtronomus in falſos locos intruderet.

Secunda opinio eorum exiſtit, qui diſtingunt domos per circulos magnos, Meridiani, & Horizontis, coincidentes, in utraque earum communi ſectione, ſuper alteram huiuſmodi ſectionem, tamquam ſuper Polum magnum, circulum deſcriptum intelligunt per verticem capitis, aut Regionis tranſeuntem; hos autem quadrantes, per Horizontem, & Meridianum interceptos æqualiter imaginariè diuidunt, per punctaque dictarum ſectionum, ducunt quatuor illos circulos, qui cum Meridiano, & Horizonte, circulum verticalem, & Eclipticam, totumque Cęlum in duodecim ſpatia partiuntur, ad hoc, ut æquales inuicem magnitudines ſortiantur. Quamquidem opinionem Auctor reprobat una cum prima, cum an bo ſint contra mentem antiquorum, quare non poſſe, (ait ipſe.) hoc modo æqualitates partium ſeruare, tum propter duodecim partes Eclipticæ inęquales, quæ ſemper ita reperiuntur, tum quia circulus verticis fictilis, & imaginarius exiſtit nihilque virtutis habeat.

Tandem tertius modus, medius eſt inter duos allatos rationalis, & ſine ulla haſitatione admittendus. Diuidit enim quatuor quadrãtes Æquatoris, Meridiano, & Horizonte obliquo, interceptos in trinas æquales portiones, per puncta-

que

que ſectionum, quatuor circulos magnos, Meridiano, & Horizonti concurrentes ducit in duabus eorum ſectionibus, taleſque ſex circuli ducti in Meridiani, & Horizontis ſectionibus, totum Cęlum duodenariè diuidunt. Et quamquam hæ partes ad inuicem ſint inęquales, nihilominus in omni obliquo horizonte ſuam magnitudinem ſeruant; & ſic hic modus concordat cum primo, quia in Æquatore ſumuntur ſectiones, non in circulo verticali, ut in ſecundo, concurſus autem, qui domos diſtinguit, in ſectione communi Meridiani, & Horizontis, ut in ſecundo, non in polo mundi, ut in primo.

Hæc igitur opinio ſeruanda eſt utpote rationalis, & congrua, experientiæque conſona, quæ euenit ex domorum ſituumque ſignificatione propter ſydera ſub ipſis vertentia. Hinc certum eſt, nec probatione multa indiget, aſtra ſecundum diuerſam Cęli poſitionem, tam reſpectu Zodiaci, quam reſpectu mundi, diuerſitates influxuum ad nos tranſmittere; unde nihil contra rationem profertur, quando Aſtrologus de domorum ſignificatione pronunciat. Videmus enim quando Sol eſt in Signis ſeptentrionalibus, multum valide calorem diffundere, quod debilius in meridionalibus facit ratione ſituationis in Zodiaco, cum minus vel maius ad angulũ rectum accedat. Similiter operatur reſpectu Æquatoris circuli; perueniente enim Sole, ad primam quartam, ab oriente ſcilicet uſque ad meridianum, modicum calorem facit, magnum verò intendit à culmine, uſque an angulum occiduum, eodem modo quo ab Ariete, ad Cancrum, ab hoc verò ad Libram, & ſic de ſingulis quartis, ut eleganter l. 2. c. 15. Manilius tradit. Tempore vero hyemis hoc experimur, quod cum peruenerit ad meridianum glaciem quodammodo laxat, & liquat, donec occiduum cardinem attingat; tunc cum reſpectu mundi recedat, calorem moderat, & non amplius niuem, ſeu glaciem fundit; aſt cum imum Cęli tetigerit, maximus, prò ratione temporis, frigus inualeſcit: cum ibi vires ſuas non poſſit validè exercere, donec iterum ad orientalem cardinem perueniat. Sic omnes alij planetæ prò, ut nobis magis verticales fiunt, tam ſub Primo mobile, quam ſub Æquatore, magis etiam impigrè influunt, & hinc euentuum diuerſitates ſortiuntur, prò ut etiam alijs ſtellis commiſcentur.

Dicunt enim Aſtrologi, primam domum, ſeu Horoſcopum, multum prò vita fouenda, & prò animi qualitatibus ſignificandis, valere: & non abſque ratione. Nam cum ibi Sol ſupra terram incipiat lucere, vires ſuas, & calorem magis etiam intendit, & quod eſt principium lucis, poteſt etiam dici principium vitæ; ideoque ſi ibi Sol extiterit, vel alius beneficus planeta multum vitæ benefecerit; deſtitutus autem ille angulus à lumine, ſeu corpore Cœleſti, nihil poteſt agere; cum ſit pars, aut punctum cœli, ſicut omnes aliæ portiones eiuſdem; unde maximè quidam errant (ſicut ſuperius dixi) in dirigendo illam lineam pro ipſa vita, dum eſt imaginaria; nam ſequeretur, quod omnes aliæ partes; hyegales eſſent, licet à corporibus luminoſis deſtitutæ. Hoc tamen verum non eſt, neque locus influit, niſi ibi planeta exiſtat ad operandum, ratione illius poſitionis.

Rurſus quod de ſignificationibus infauſtis duodecimæ prædicatur, non abſque re Doctores tradiderunt. Locus enim ille paululum ſupra terram eleuatus, vaporibus eſt refertus, Solque non adeo exquiſitè lucet, immo radij impingentes in illo fuliginoſo craſſoque aere, communicant lumine, nobis vapores illos, non attenuatos, ideoque ſi maleficus ibi extiterit, vel cum Luminaribus coiuerit influxus infauſtos, ac peſſimos denunciabit, & ſic euentus vitæ actionibus, contrarij ſortientur. Ferè æquali ratione philoſophandum eſt de domo octaua, &

Digitized by Google

ſexta, cum diuerſitate tamen influxum, reſpectù ſituationum, planetarumque ibi degentium. quamquam ſi in ipſis domibus, benefici, aut Luminaria benefica extiterint, malignitates eorum locorum modificabuntur. Sicut enim maleficus à beneficis iroratus poteſt fieri beneficus, ita poſitio mala ab eiſdem fortunis minus infauſta conſtituitur. Præterea non omnino ſit fidendum de maleficis, licet
Gentil. 78. à fortunis iradiatis, ut Hermes rectè admonet. *Eſto ſuſpicioſus atque ſolicitus, quando beneuolus eſt cum maleuolo, nec valde confidas, quod mali malitia penitus euertatur.* Progrediendo igitur à duodecima Sol, alijque planetæ, ad undecimam, & Culmen cœli vſque, magis, & magis vires ſuas exercent ratione perpendiculi, Signorumque ſub quibus permeant; ideoque multum valent ad fauſta ſignificanda, ſi tamen benefici erunt, cum hac differentia; quod benefici in ſupradictis domibus, adaugent vires ſuas, nihilque deperdunt, ob loci ſituationem. Angulus namque m. c. cor mundi diei poteſt, cum validiſſime lumen ab eo Aſtra regerant; præſertim Sole ibi benefico exiſtente, ſicut etiam Luna, quæ Luminaria magnas fortunas pollicentur, propter loci eleuationem; ideoque dignitates, magiſtratus aliaque fortunæ inſignes, quæ in ſola actione conſiſtunt, prò planetarum natura Sapientes autumarunt, ſicut è contra magna infortunia, quæ paſſibilia ſunt, à maleficis Luminaria ibi degentia, pulſantibus, ſignificarunt.

Illud verò quod de Religione, ex domo nona, & tertia, de amicitia ex undecima, & ſic de reliquis domorum ſignificationibus, prædicatur, ex longa, & non interrupta obſeruatione, experientiaque confirmatum iam fuit, ut Nicephorus ſcribit. *Nihil enim, (inquit) eſt, cui ad ſcientiæ demonſtrationem minus refra-*
Hiſt. Rom. *gari liceat, quam ſenſui, & experientiæ; experiētia verò, principia ſuppeditat ſcien-*
l. 9. *tiæ, quia ſenſus Auctore philoſopho experientiam gignit.* & Cicero pariter idem
De Diui. ita confirmat. *Eſt enim ab omni æternitate reperta: in qua cum pene innumerabi-*
l. 1. *les res eodem modo euenirent, ijſdem ſignis antegreſſis, ars eſt effecta, eadem ſemper animaduertendo, atque notando.* Illud verò prò certo habetur, Aſtra diuerſis poſitionibus, & ſyzigijs, alijſque paſſionibus, diuerſos influxus intendere, ad
l. 3 c. 4. mentem Verulamij. *Etenim faciunt (ait ille) hæc omnia ut planetarum radij, vel debilius, diuerſis denique modis, & virtutibus operentur.* Rurſus quod de domibus cadentibus traditur, ibique planetas vires ſuas deperdere, ſine ratione hoc exiſtimo aſſertum fuiſſe; cum cadentes vocentur, non ex loci pernicie, ſed reſpectu angulorum, à quibus quodamodo cadunt, ſicut ſuccedentes appellantur, quoniam ipſis cardinibus ſuccedunt. Hæ autem illis præcedere autumant. Nos tamen exiſtimamus (ut ſuperius diximus) ibi ſtellæ operari ſecundum poſitionem cœleſtem quam obtinent, non quia ſint in locis cadentibus, vel ſuccedentibus; nomina hæc ſunt poſita illis domibus, ob aliorum diſtinctionem, non quia virtutem aliquam poſſideant. ex ſitù enim ſtellarum prædictiones ſuas habet Aſtrologus, ut Com. de Verul. tradit loco ſupra citato.

Aſt obſeruandum venit quod potentiores ſtellæ fiunt, quando magnos arcus ſuprà verticem Regionis obtinent, quandoque magis ad meridiem accedunt, ex ipſa coſmica poſitione, tunc enim virtutes ſuoſque influxus, ſiue bonos, ſiue malos, prò ut planetarum natura requirit in hæc inferiora demittunt; ſimili modo, quando in Apogæis exaltantur, contrà verò in Perigæis ubi deprimuntur, vel quando minorem ſupra terram arcum deſcribunt, aut longe à Meridiano circu-
Loco cit. lo exiſtunt. Tradit enim magnus Angliæ Cancellarius: *recipiatur apogæa, & perigæa planetarum, cum debita diſquiſitione, ad quã pertineat planetæ vigor in ſe ipſo,*

Digitized by Google

ipſo, ad quæ vicinitas ad nos, & ſimilia. Ex qua auctoritate grauiſſimi Philoſophi, colligitur, quantum Aſtrorum vicinitas ſupra nos valeat, & ex hoc conſtat, varietates conſtitutionum Regionum; cum poſſit eſſe prò ut verum eſt, quod conſtellationes, ſiue ſint fixarum, ſiue erraticarum, magis influant in una, quam in altera Regione, ideoque mutationum diuerſitates, in tempeſtatibus, eodem momento accidunt, contra illorum oſcitantiam, qui impudenter proferunt falſum eſſe, quod de temporum mutationibus prædicatur, cum in una Regione pluat, in altera cœlum ſerenum ſit. Iguorant Aſtronomiam, vixque eam ex limine ſalutarunt: quinimò ex ipſis aſpectibus coſmicis ſubitaneæ tempeſtates, aliæque aeris mutationes, terræque motus particulares, Regnibus, Prouincijs, Ciuitatibus, cauſantur. Ratio ſanè ea eſt, quoniam familiaritates ad Cardines, & in Æquatore ſumptæ, mutantur ad diuerſitatem locorum, latitudinis. iſti autem qui tali pacto loquuntur, cum neſciant mutationum cauſas agnoſcere, quæ in Vniuerſum fiunt, temporum viciſſitudines ipſis ventis tribuunt; ita ut exclamare poſſim, cum Doctiſſimo Nicephoro Gregora contra huius ſcientiæ impoſtores, tali pacto. *In hanc autem abſurditatem, iſti deuoluti ſunt, quod eam, quæ cauſa eſt, cauſam non putarunt, & quæ cauſa non eſt cauſam putarunt*. Venti profectò cauſæ non ſunt, ſed ex cauſis generantur, & quidem ex ipſis Aſtris; circa coniunctiones planetarum non fugere hominum obſeruationem flare ventos maiores, Verulamius aſſerit de Hiſt. Vent. art. 2. n. 5, cum plurimis in locis Venti particulares, vel uniuerſales ſint Regionibus lociſque, prò ut dependent ab ipſis conſtellationibus Aſtriſque peculiaribus illis locis, ut ſupra docuimus.

Hiſt. Rom. l. 9.

Sciſcitantur igitur Aſtrorum hoſtes contra hanc ſcientiam, nam ſi falſa prædixerunt, mirum non eſt ſi falſis, & ſuperſtitioſis regulis incubuerint. Hinc prò vaniſſima iracundia excandeſcentes, ad inſtar transfugæ militis vexilum mutant, libelloſque ſuos fabellarum more, plebeio faſtù publicant, læuiſſimiſque dicterijs ad ſortes puerorum ductis, prognoſtica tabioſo exalant riſù, & quidem ludibrium euadunt, proque fatuis hominibus ſeſe oſtendunt: adeo ut de illis ſapientiſſimus Bacconus ita ſcripſerit. *Illos etiam homines vanos, & leues exiſtimamus, qui aut falſa creduli, aut in rebus exigui uſus curioſi*. quod pariter Gregora ſic confirmat. *Turpe eſt generoſum hominem, ingenium vilibus in rebus oſtentare*. Attamen nihil curant de bono nomine, quin potius credulorum crumenas quærant exaurire. Sed ad diuerticulum redeamus. Diximus Aſtra diuerſis varijſque modis influere, ad poſitionum varietatem mundanarum, quæ contingit, circa domorum partitionem; hinc euenit, quod ſæpius, ad ſolas horas æſtimatiuas, erecta Geneſis, plerumque falſas, nullo modo iudicium rectum facere nemo poſſit; igitur neceſſarium momentum exitus ex utero infantis, rectificatione ſupradicta, ſcire debemus; ex illaque enim hora denuò erecta figura, aliquid certi coniecturari fas eſt, reiectis omnibus alijs rectificandi, modis, utpote commenticijs, ac adulterinis.

Lib. 1. de aug. ſcien.

Hiſt Rom. l. 9.

Ignorantes verò hunc rectificandi modum, cum plerique illum non agnoſcant, ex hac inſcitia reſultat, ſcientiæ tam nobiliſſimæ detrimentum, & deriſio: itaqueque, ſignificationem domorum falſam proclamant, ſi potius ab horis decepti, à toto vero iudicio aberrant; proindeque nugas proferentes, artem vileſcere faciunt; cum neſciant quid dicant, ſicut contra hos Niceph. dicto l. 9. loquitur. *Ne verò & tu triſtis ſis, & diſciplinæ grauitas, in tales ſordes demerſa perſcindatur: age media incedentes via, pauca ex meridianis iſtis nugis, ac potius . . . . planetis, qui ætheream prouinciam plurimis mendacijs infamant, coar-*

gua-

guamus ut à fimbria totum contextum ſoluatur, & ut illa Penelopes tela retexatur. Sequitur inde Auctor redarguendo hos circulatores, ſcientiaque deceptores, aperteque oſtendit uniuerſam doctrinam ignorare, & ex hoc, veritatem funditus, puerilibus nugis ſubuertere: ſed incaſſum, cum nihil aliud ſint eorum verba, ut Verulamius inquit. *quam imagines rerum, ut niſi rationum vigore animata ſint, adamare illas idem ſit, ac ſtatuam deperire.*

Lib. 1. de aug. ſcien.

De Dierum Criticorum cauſis. Cap. XIV.

HActenus ſi prò viribus, quibuſcunque de certitudine ſcientiæ, non ſatisfecimus, non voluntati noſtræ hoc erit imputandum, neque auctoritatum, rationumque vacationi, ſed potius ingenij imbecillitati, propriæque debilitati, notandum. Verum non omnia artis præcepta probauimus, quæ innumera obſeruanda ſunt, ſed ſolum ea, quæ magis neceſſaria, ad indiuiduorum prognoſticationem, tradidimus, & quæ huic conueniunt operi. Multa verò ſub capitulorum breuitate dici non poteſt: ſed neque tam breuitati ſtuduimus, ut quiſque perſpicuitate intellectus, quæ ſub hoc opere comprehenſa ſunt, faciliimè intelligere non poſſit; præſertim ſi Aſtronomiam quandoque didiſcerit, in eaque novus non ſit. Sapientibus enim, quæ ſub ſcientiæ arcanis, non prorſus obſcuris ſcripta ſunt, propriè adiudicamus, non cuique de ignauiſſimo vulgo. Si pauca expoſuimus, non erit de hoc quærendum, nam etiam parua, & debili conſideratione aliquid poſſe inſpicere iucundiſſimum eſt D. Thomas ultrò fatetur. Hinc maxima lætitia à cognitione Cęleſtium cauſatur in illis, qui extra inſipientium multitudinem diſtinguntur, & infra Regalem ordinem ſeſe intrudunt. *cum omnino apud veteres* (ait Cicero) *qui rerum potiebantur, ijdem auguria tenebant.* Contrà Summi Dei voluntatem, ac iudicium quis peccaret, ſi Cęleſtia ad nos nihil pertinere dementia ductus proferre auderet. Per ipſa enim homo à brutis diſtinguitur, ut Lactantius Firmianus tradit. *Cum igitur ſtatuiſſet Deus ex omnibus animalibus ſolum hominem facere cęleſtem, cætera uniuerſa terrena, hunc ad Cęli contemplationem rigidum erexit, bipedemque conſtituit, ſcilicet, ut eadem ſpectaret, unde illi origo eſt.* Ingratus proculdubiò homo eſſet, ſi cognitionem altiſſimarum rerum reſpueret, & propter intelligentiæ difficultatem Artem ipſam reprobaret.

L. 1. contr. Gentic. 8.

De Diui. lib. 1.

De Opiſ. Dei. c. 8.

Hic autem primi libri terminum ponere ſtatuiſſemus, in quo ratione auctoritate omnia, quæ diximus ſatis probauimus, & ad ſecundum tranſire, experientia, ac exemplis tandem firmare quæ diximus, ac ſtabili præſidio munire; ſi mens noſtra quædam alia non minus neceſſaria reminiſceretur. Aſt quia de Criticis diebus diſcurrere, proprium volumen requireret, ſolum ea, quæ ad eorum cauſas agnoſcendas præcipua erunt, explicabimus, & ratione, auctoritateque Virorum ſapientum contra deceptores breuiter vallabimus.

Quæcumque igitur mutationes, quæ in hanc elementarem plagam naſcuntur, non ad alias cauſas reffetre poſſumus, quam ad illa Cœleſtia corpora, quæ cum ſint ſublimiora, conſentaneum eſt inferiora gubernare, ad mentem D. Thom. *ſicut autem* (inquit) *in ſubſtantijs intellectualibus, eſt ſuperius, & inferius, ita etiam in ſubſtantijs corporalibus, ſubſtantiæ autem intellectuales reguntur à ſuperioribus, ut diſpoſitio Diuinæ prouidentiæ deſcendant uſque ad inferiora, ergo pari ratione corpora inferiora per ſuperiora diſponuntur.* Et equidem hoc verum eſt, & quis tam inſanus erit ut ordinem naturæ peruertat? Nam quod eſt in ſua natu-

L. 3. contra Gent. c. 82.

La

Digitized by Google

ra perfectum, eſt fortior in virtute, ſicut ſunt corpora cæleſtia ſine ulla contra-
rietate in ſuis perpetuis circuitibus; in inferioribus autem contrarietas exiſtit;
ut in eorum motu experimur; igitur rationabilis erit, hæc inferiora ab illis virtu-
te pollentibus diſponi. Clarè igitur patet ſecundum D. Thom. doctrinam, cæ-
lum eſſe cauſam omnis motus in iſtis inferioribus corporibus, & per conſequens
etiam Criſium: cum nihil aliud ſint ad Gaurici mẽtem: quam virtutis, & morbi
motus ob influentiam inſtigantem, vel materiæ morbi motus contra virtutem.
Hæc verò definitio non diſcrepat ab illa Galeni, cum dixerit. *Nos ſanè turba-* *De dieb.*
tionem in morbo adeo ſubitam iudicium ſeu criſim appellamus, atque finire ipſam *crit. Trat.*
plerumque ad ſalutem, interim ad exitium ægrotantis affirmamus. Turbatio igi- *4.*
tur fieri in corpore non poteſt ſine aliquo euidenti motu, à conſtellationibus, ac *Lib. 1. de*
ordinatis proportionibus, in materiam preparatam, cauſato; quæ turbatio, vel *dieb. decr.*
ad ſalutem, vel ad perniciem tendit, ſecundum quod bonæ, aut malæ configu- *c. 2.*
rationes, cęlique diſpoſitiones ſunt, ad reſoluendam, vel ad augendam humo-
ris prauitatem, ad putrefationem, vel ad concoctionem tendentis, ut Galenus *Eod. l. c. 6.*
affirmat. *Si enim* (ait ille) *ad planetas temperatos ſteterit* (nempe Lunam intelli-
git) *quos iam & ἀγαθοποιοὺς Græci nominant, ſalutares Latini, fauſtos, ac bonos*
dies producere, ſi ad intemperatos, graues, moleſtoſque.

Neſcio profectò quomodo Fracaſtorius, aliàs grauiſſimus Vir, & Aſtroſo-
phię religioſiſſimus cultor, criticorum dierum cauſas ad humorem refferrat, qui
cum mutationibus ſubiectus ſit, neceſſarium eſt ab alio mouenti perturbari.
contra Sapientiſſimi Pręceptoris ſui Galeni (ut aſſerit) placitum; cui multum
ſe fatetur ſtuduiſſe; & contra etiam ſententiam ſuam, cum diuerſum alibi nos
edoceat. Inquit enim ipſe. *Dicunt enim quæcumque agunt, & patiuntur omnia*
certa inter ſe ratione proportioneque conſiſtere, & certo tempore agere, hæc qui- *Lib. 1. de*
dem maiori, illa minori, ut accidit: quare & circa criſes, quæ die ſeptima, aut *criti dier.*
quartadecima, humores mouentur in nobis, nulla certe alia cauſa, ni quia talem *cauſis c. 2.*
accidit eſſe proportionem naturæ ad humorem. Ex quibus dierum criticorum nu-
meros enaſci autumat. Sed facile tollitur hęc obiectio, ſi conſideramus duas eſſe
cauſas efficientes, quę ad omnem alterationem cuiuſcunque naturalis genera-
tionis, concurrunt, propinquam unam, & elementarem, remotamque alte-
ram cęleſtem: ad mentem Galeni. *Porrò* (inquit) *cauſas horum ratione nobis in-* *Lib. 3. de*
dagantibus, duo prima omnium quæ fiunt, primordia eſſe ſtatuenda videntur: inor- *dieb. decr.*
dinatum videlicet, quod ex hac mundi materia proficiſcitur: ordine verò ornatuque *c. 1.*
procedens, quod cæleſtibus originem fert acceptam. Quomodo igitur poterit Fra-
caſtorius criticorum dierum cauſas tribuere ad ipſum humorem, ſi ſubiectus in-
fluxibus cęleſtibus exiſtit; à nobiliori ſemper inferior regitur. Sed quęſo mihi
enucleare non dedignetur, unde eiuſmodi naturę proportio progrediatur, ad
ipſum humorem alterandum: & quis eum tanto tempore concoxit, concotum-
que coegit expellere? profectò non ad aliam cauſam, quam cęleſtem refferri po-
terit, ut ipſe Fracaſtorius contra ſe fatetur. *Neque enim ſumus, qui Solem, &* *De crit.*
Lunam, & alia ſydera negemus multa hic operari, & mouere, & ad criſes quoque *dier. cau-*
accedere poſſe, quemadmodum ad alia, ut uniuerſales multorum cauſæ. nec valet *ſis c. 5.*
poſtea ſubiungere corpora cęleſtia non eſse proprias, ac particulares criſium
cauſas, ita ut alia ad motionem humoris non concurrant. Nam huic reſponde-
bit Gauricus, quod omnia debent concurrere, ad hoc ut criſis fiat. Ait enim ille. *De dieb.*
At natura inſtinctu ſuo, & ordine, à ſuperioribus ſibi inſcito, atque inato cauſa eſt *d cr. t.*
proxima, & particularis, efficiens criſes, & morbi, qui eueniunt à natura, & *Trat. 1.*

principio extrinſeco, ut quæ fiunt in quartis, & ſeptimis, nec non ab extrinſeco, ut ab aere circumfluo Lunam ipſam ſequuntur. Clarè igitur patet omnes cauſas tam proximas, quam remotas ad motionem in ęgris cauſandam concurrere, cum hac tamen obſeruatione, quod infima craſſaque materia non moueatur, niſi à ſuperiori, ac ſubtiliori. Concludamus igitur cum Peripateticorum Principe, quod de neceſſitate iſte mundus continuus ſit ſuperioribus lationibus, ut omnis ipſius virtus inde gubernetur. 1. Meteor.

Nequaquam verò eſt admittenda illa Pytagoreorum opinio, quę numeris dignitatem quandam tribuebat; principiaque rerum omnium, ab ipſis conſtituebantur. Per hoc enim omnis actio ſyderum deſtrueretur, neque ab Aſtris Criſes dependerent, ſi puris quantitatibus incumberent. Et ſanè ad mentem Placid. de Tit. purus numerus, cum ſit pura quantitas diſcreta, non eſt ullo pacto per ſe actiua, cum non habeat contrarium: at actio inter contraria tantum intelligitur: ergo non poteſt numerus fieri cauſa actiua in diebus decretorijs. Rurſus numeris, ad ſyderum aſpectus, ac familiaritates cognoſcendas utuntur: non quia in illis aliqua virtus inſit, ſed quia tota à ſyderibus dependeat, nobiſque per ipſos communicetur; & licet à Macrobio tradatur, nos per numerum notas morbos, & ęgritudines colligere: & tum periculoſas criſes nos iudicare, cum numerorum compago laxetur; tunc proſperos, cum eorum robore firmetur. Hoc tamen non poteſt eſſe niſi ſyderum numeris præbeamus auxilium, quæ potentiſſimè per illos agunt: & ſi aliquam virtutem habere videantur, in illis tam celebratis ſeptenarijs, & nouenarijs, eam habent ab ipſis Aſtris, præcipueq; à Luna, propter eius ad Solem aſpectus, locumq; ſui circuitus. At ſi numerorum partes obſernare vellimus, omnes ferè aliqua inſigniti dignitate, priuilegio, aut infamia inueniemus, quibus varijs de cauſis ab antiquis attributum fuere: ſed merè nugæ iſtæ, quiſquilięque ſunt, & inanes geræ; prout ad vim naturalem pertinent, ut inquit Argolus de dieb. crit. l. 1. c. 17. qui omnia de numerorum ſecundum antiquorum placita refert, ac reprobat. Multum ad hoc propoſitum facit auctoritas Galeni, qui tradit, quod ſi à numeris criſes dependerent, hoc eueniret ſeruato ſemper ordine, ac ſtato numero, non verò in diuerſis periodis, modò paribus, modò imparibus contingerent, eius verba hæc ſunt. *At ſi dierum numerus ipſe decernendi facultatem haberent, non frequenter diebus imparibus, rarò paribus, verum perpetuò imparibus nunquam paribus, de acutis morbis fieri indicium opporteret.* Non enim in diebus criticis ille numerus tam efficax eſt, ita ut numerico ſuo ſitu lædat, aut offendat interdumque iuvet, ſed quia ſtatuto illo die, ac termino, ad quem Sol, Luna, cęteraque aſtra, ſuis aſpectibus phaſibuſque perueniunt, & validè ſub illo lumen diffundunt in poteſtate plenitudinis, aut decrementi, ut in ipſa Luna accidit; hincque ab eo accepta poteſtate ſymptomata, criſeſque ſiue bonæ, ſiue malæ, prout à maleficia vel beneficis dependent, cauſantur. Et quando quis antiquorum ſapientum, nos edocet, facere aliquid ſtatuto quodam die, hoc non intellexit, quia in numeris illis virtus aliqua ſit, ſed habita Aſtrorum luminis, aſpectuumque ratione ita faciamus, ut melius ad bonum finem, res perducantur; præcipue ab ipſo Lunæ motu, ut confirmat Galenus. *Quippe non à numeris, ſed à Luna mutationes terrenis adueniunt. At cum in motu mutans conſiſtat, tempus mutationibus neceſſariò coniunctum eſt, quare etiam numerus neceſſarius.* Ex his omnibus ergo patet, quomodo numeri ad ſyderum familiaritatum inſeruiant, quaſque inſanias de illis Pytagorici ratiocinauerint: ſi tamen (ut reor) ſub illis veritatem, & ex illis rerum intelligentiam ſignificare voluerint.

De dieb. decre. c. 4.

L. 3. de dieb. decr. c. 4.

Loco cit.

De

De modo influendi Solis, & Lunæ per eorum quartas, & de circuiti ſuum conſenſu in hac inferiora. Cap. XV.

QVam admirabilis ſit ineffabilis mens illa Diuina, & quam ſpecioſa, in cunctis operibus, quæ ordine pulcritudine, intelligentia, & ratione, in Vniuerſum conſtituit, ſummaque inexplicabili concordia diſpoſuit, oculis noſtris, quaquauerſum patet, & manifeſtatur; ut iudicare nemo poſſit, & fateri, quin à Summus Creatore Optimo Maximo, tam mirabilia proceſsiſſe. Quis erit igitur tam ineptus, vel tam ocioſus, cum oculos ſurſum tollens, cœlum videat Aſtris fulgentiſſimis exornatum, motu, lumine, virtute præditis, etiam ſi nullam Dei cognitionem habeat, aliquam tamen eſſe intelligat prouidentiam, ex ipſa rerum magnitudine, diſpoſitione, conſtantia, ac utilitate? Cicero ipſe hoc fatetur in his verbis. *Multo magis in tantis motibus, tantiſque viciſſitudinibus, tam multarum rerum, atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam imenſa, & infinita vetuſtas mentita ſit, ſtatuat neceſſe eſt, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari.* Sed id, quod magis nos omnes Diuinæ Sapientiæ debemus, eſt, totum id, quod in Vniuerſum infinitis propemodum ſpatijs compræhenditur, prò mortalibus factum fuiſſe, & ſolius hominis, inter animantia, utilitati deſtinatum; ut Lactantius Firmianus aſſerit. *Apparet ergo* (inquit), *animantium cauſa mundum eſſe constructum, quoniam rebus ijs, quibus conſtat animantes fruuntur, quæ vt viuere, & conſtare poſſent, omnia his neceſſaria temporibus certis ſubminiſtrantur.* Quis ergo inficias ibit? omnia ordine certo non conſtare, & ad finem aliquem creata? nil profectò in Cœlis ſuperuacaneum exiſtit; ſimiliter cætera quæcumque fiunt certo ordine fieri; ſtatuendum venit concordia, & mutuo cauſarum nexu, & quæ in mundo ſunt inter ſe amplecti, ac deuinci.

De nat. Deor. l. 2.

De Diui. præm. l. 7. c. 4.

Aſt hic concordiæ ordo in Aſtrorum circuitibus experimur, præcipueque Solis, & Lunæ, tam arctè in ſuis diſpoſitionibus, & qualitatibus inter ſe aſſimilantur, ut id quod ab ipſis ratione temporum præordinantur eumdem ordinem, ac methodum ſeruent, habita ſemper potioris luminis in influendo obſeruatione. Ab ipſis prætertim Luminaribus annuas, menſtruas diurnaſque viciſſitudines oriuntur, & immutantur ſuis perpetuis, ſimilibuſue lationibus, cæteris planetis minime excluſis, prò ut ab ipſis magis, & minus illis attribuant in influxibus, facultates; ſicuti ſapientiſſimi, illi Antiquiores tradiderunt teſte Diodoro Siculo. *Maximam verò* (ſcribit ille) *conſiderationem, & ſingularem motum efficaciam eſſe in quinque ſtellis, quos alij. Planetas, ipſi interpretes nominant.* Quemadmodum igitur annum integrum Sol diſponit, ità Luna menſem immutatione per ſeptimanas, ſcilicet per quartas, diſtribuit. Sicut igitur per circuitum annuum Sol quatuor qualitates producit, ita Luna per ſuas quadraturas: & hòc pacto inter ſe conueniunt.

l. 2.

Primus, ſcilicet, Solis quadrans ab ♈ nempe vſque ad ♋, ubi Ver conſtituitur, humiditaſque ineſt, aſſimilatur quadranti Lunæ ab occultatione, nempe, ad ſiniſtrum □. Siquidem ea creſcente, corpora implentur, atque humoribus exuberant: ita etiam eadem diſpoſitio attribuitur mundi parti, quæ ab ortu ad culmen interiacet, ut docet Galenus. *Verum* (inquit) *qui maximè hunc orbem exornat, & concinat, & diſponit eſt Sol, quippe Veris, Æſtatis, Autumni, & Hyemis*

Digitized by Google

mis auctor alius nemo extat (& paulo inferius ſubiungit,) *tempus enim quod à menſis principio ad vſque plenilunium eſt totius lunaris circuitus dimidium exiſtens, eadem rationem habet, cum interuallo, quod ab hyeme ad æſtatem.* De ſimilitudine verò cum diurno, Ptolomæus hæc habet. *Et quod non ſolum terræ, ex quatuor anni temporibus alterationes adueniunt, velut in animantium conceptionibus &c. Sed etiam ex diurna volubilitate in qua quotidie continetur; ob hanc etenim volubilitatem, terra calefacit, & infrigidat, deſiccat, & humectat, uno eodem modo propter conſimiles in ſpecie figuras, quæ formantur ſecundum eorum loca, à Zenith noſtrorum capitum.* In ſecundo verò quadrante, à ♋ ad ♎ calor maximus inualeſcit, æſtaſque conſtituitur; ſic Luna à prima quarta ad plenilunium, ſimiliter à culmine cœli ad occaſum deſignatur. Hinc à ♎ ad ♑ aquea qualitas oritur, ſimiliter à plenilunio, ad ſecundum quadratum; in mundo ab occaſu ad imum, à quo quadrante autumnus oſtenditur. Etenim experimur in Sole, cum recedat ab orizonte calorem minuere, & in Luna lumen deficere. Vltimus tandem hyems frigidus terreuſque à ♑ ad principium ♈ generatur, ſimiliter ab ultimo quadrato Lunæ ad occultationem uſque, & ab imo, ad orientem. Cum à maxima Solis elongatione, & amiſſione luminis in Luna, frigus maximus cauſetur, vaporeſque exuberantes Luminaria calore tenui diſſoluere non poſſint, ideoque crebræ, & continuæ pluviæ præcipitant. Apparet ex his itaque, quo conſenſu inter ſe circulationes cœleſtes correſpondeant. Nam ſi circuitus diurnus, & menſtruus, in actione ſunt ſimiles annuo, ergo inter ſe omnes erunt concordes, & ſic quadrantes unius quadrantibus alterius, & partes partibus eamdem proportionem ſeruabunt. Hinc colligimus, mirum non eſſe, ſi motus diurni in diebus poſt natiuitatem præordinent, ac diſponant ea, quæ ad annos futura ſunt: & è contra circuitus annuus, menſtruuſque diurnos effectus præſignent ſecundum Placidianam ſententiam, de dieb. decret. c. 9. Inde enim ſi vitus inordinatus ex qualitate, vel quantitate fuerit in uſum aſſumptus, præordinantur morbi ad diem lethalem. Et reddit rationem in his ſequentibus verbis: *Etenim morbus non erumpit ad lucem niſi præſiſtente praua diſpoſitione, quæ in præcedentibus circuitibus annuo, & menſtruo præordinantur.* Aſt ab ipſa ſola Luna impulſum habere mutationes, & criſes quæ fiunt, experientia monet, tum ex celeritate ſui motus, tum vicinitate, luminiſque expanſione, prout motu ſuo celerrimo conſtellationibus planetarum ſe coniunxerit, erumpunt effectus, ſiue boni, ſiue mali, ſecundum beneficam, aut maleficam familiaritatem, quam cum aſtris contraxerit, teſte Galeno, ex ipſa vicinitate multam potentiam Lunam exercere cum lumine, confirmat hoc pacto. *Luna verò ut Hyparchus (quaſi ſub principem dicas) non exiguus, inter illum enim, & nos media conſiſtenta terreſtrem regionem merito gubernat, non potentia cæteros planetas, ſed vicinitate exuperans.* Euidentiſſimè igitur deducitur, quantæ ſint Luminarium inter planetas vires, ad hæc inferiora mouenda, ac immutanda. Quod ſi quis tã inanis, ac mentecaptus hæc negare voluerit, ſciat ſe eſſe, nec nomine hominis vocandum dignum; cum ea quæ tot ſeculorum periodis, & à tot excellentiſſimis Philoſophis tradita, experientiaque multoties repetita comprobata, labefactare, & poſt longum tempus inſectari audeat pareque conetur. Inſulſum enim eſſet neſcire ea, quæ non ſolum Aſtronomis, & Philoſophis, verum etiam agricolis, nautiſque notiſſimum exiſtit, Lunam videlicet terreſtrem molem poſt Solem gubernare.

Lib. 3. de dieb. decr. c. 2. & 7.

Quad. lib. 1. c. 2.

Ead. l. c. 2.

De

De Criticis momentis eorumque principijs. Cap. XVI.

CVm autem ex dictis notum ſit, ex circuitibus Luminariũ mutationes omnes in mundo infimo fieri, neceſſariò etiam Criſes habere conſtat ſuarum motionum principia, certis temporibus à ſyderum locis in influendo contrarijs. Sed antequam dies criticos aſſignemus animaduertendum venit morborum diuerſitates, cum criſes eorum naturam ſequantur. Alij igitur morbi à circuitũ Solis oriuntur, qui Chronici ſcil. longi, diuturnioreſue ſunt, & ab atra bile cauſantur, proueniuntque à Saturni qualitate, cum ſint frigidi & ſicci, ægrè etiam mouentur, tardeque quam alij humores caleſiunt, & calefacti diutius manutenent calorem, & medicamentis reſiſtunt, atque concoctioni: hinc febris quartana oritur, & melancholia. Solvuntur namque Chronici, cum Sol ad quadratum ſui principij ægrotationis tempore, peruenerit, vel eius oppoſitionem, cum contrarias qualitates in influendo ſuſcitet; ut Galen. ait. *Quemadmodum ſeptimana acutorum morborũ decretoria eſt, ſic temporis annui mutatio dicitur horum morborũ erit ſolutoria, ut in hyeme quidem conſtitutum morbum, Ver ſoluat, in Vere conſtatũ Aeſtas &c.* patet igitur ex his ſecundus morborum genus, qui à bili flaua naſcitur ex Martis natura; humor autem eius cum ſit calidiſſimus, & aridiſſimus facillimè incenditur, ſed non ita facile putreſcet, unde ſequitur, quod ferè omnis in acceſſione expurgetur, & ad puriorem quamdam integritatem reſtituatur, tex. Galeno l. 2. de diff. febr. c. 4. Hinc oritur febris tertiana magiſve periculoſa, quam ſit quartana gubernaturque à circuitũ Lunæ, & ſoluitur in quadraturis, vel oppoſitione. Tertium genus tandem prouenit à pituita, quæ ex humiditate, atque frigiditate cauſatur, ab ipſaque Venere, (cum malefica erit) ut placet Placido de Titis. De dieb. decret. c. 19. & Ptolo. l. 1. c. 4. Cum igitur humoris copia abundet, diutius calorem extraneum fouet, & putredinem; ut videre eſt in accenſis viridibus lignis, qui ob humidi quantitatem, longo tempore calorem tenent, & ſi extinguantur, cum humiditas remaneat facili negotio denuo accenduntur: idcirco febris continua oritur, & ferè ſine intermiſſione, & cum humiditas ſit valde paſſiua à circuitibus Aſtrorum diurnis inflammatur, ſæpiuſque etiam horam acceſſionis anteuertet. [Morbi huius naturæ ergo] gubernantur, à lationibus diurnis, ſuaſque iudicationes, ſecundum eorum motum, vel tardiorem, vel breuiorem, ut Galenus ita aſſerit. *Morbi tamen ipſi partim quidem diebus, partim menſibus, partim annis ſortiuntur ſuas indicationes.* Ita, ut in Chronicis criſes ſingulis tribus menſibus accidant, in menſtruis, quando Luna ad quadraturas peruenerit, reſpectũ initij morbi, in diurnis ſingulis ſex horis, in quibus Luminaria in radijs quadratis coſmicis erga locum initij morbi ponuntur ſecundum Galeni placitum. *Aſt quia* (inquit ille) *non ſemper pares in numero, & diebus accidunt criſes; ideoque multum quam plurimi dubitarunt, non ab Aſtris dependere, ſed ab humorum qualitate.* Inter quos Fracaſtorius extitit, & ante illum Picus accerrimus contra Aſtrologos hoſtis: quorum argumentis Gauricus, Argolus, alijque multi exactè reſponderunt; ut ſuperuacaneum ſit, hic eadem repetere, prolixique diſputatione tedium generare. Quare aliqua breuiter circa materiam adhuc adiungamus.

Lib. 3. de d. (margin)

Lib. 1. de dieb. decre. (margin)

Lib. 3. (margin)

Diximus igitur, quod non ſemper illis determinatis diebus, nempe 7., 14. 21, &c. Criſes ſuccedunt, ad mentem Galeni. *Iudicia*, (ait) *enim ſeu criſes ipſa* omni-

omnibus diebus accidunt , ſed nec pares numero , neque ex æquali fide . Hoc autem
L.1.de die. decr c.2. euenit , quia non ſemper Lunæ , Aſtrorumque motus ſunt in tempore æquales ;
aliquando verò tardius , quandoque velocius ad ſuorum locorum quadraturas
De dieb. decr. Tr.1. perueniunt . Gauricus hoc ita confirmat . *Quoniam Luna interdum eſt velox ,*
quandoque verò tarda motà , neceſſarium eſt , dies etiam criticos inter ſe variari ,
neque ſuper in eadem celebrari . Contra Fracaſtorij errorem , qui miratur de die
octaua , quæ critica fuit , item de 2. 5. ait enim ille . *Vidimus autem nos & 8. in-*
De cr. die. cauſ. c.4. *dicatiuum fuiſſe undecimi in muliere tertiana febre laborante , verius acerbiores*
dies fuere 2. 5. 8. Vnde ad ſolitam humorum cauſam concurrit , in quibus die-
bus materia non omnino concocta eſt , proximè tamen ut digeratur : ac proinde
certis diebus criſes quaſdas imperfectè contingere , quę ſunt nunciæ criſis perfe-
ctæ atque futuræ. Obſtupeſco cum audio virum aliàs Aſtronomum peritiſſimum
ſic irretitum fuiſſe, quaſi inequalitatem Lunæ in motù neſciret gnoſcere : ex qua
diuerſitas in diebus Criſium accidit ; ut inquit Gauricus eod. lib. tr. 1. *Fit propte-*
rea aliquando criſis die quinta quando ſcilicet Luna ad eius exagonum progreditur ,
die inſuper 11, utpote in △ ſuo . Et paulo inferius ſubiungit alteram rationem
nempe ex inequalitate motus , quem velociorem in inferiore Epycicli obtinet
parte , quia tunc ſexto die ad quadratum peruenit , & tertiodecimo ad oppoſi-
tum . Contra autem cum ſuperiorem partem ipſius Epycicli permeat, nam octa-
ua tunc die quadraturam implet, vel etiam in nona die; quare Aſtronomi eas dies
criticas cenſuere . Si hæc igitur Fracaſtorius perpendiſſet alias fortaſſe cauſas
non attribuiſſet, quam cœleſtes, neque minus abſurditatis habent verba illa ,
quæ profert eod. l. c. 13. *illud quoque* (ait) *perſpicuum eſſe poteſt, cur dierum alij*
præſtent principatù, alij ſint Principatu minores, & cur alij critici ſint, alij non, &
alij medio modo ſe habent . Confugit denuo ad Pytagoreorum opinionem , qui
numeris dignitates , & potentiam tribuebant . Fortaſſe quidam ſunt primores
in ordine, quia indicatiui tantum ſunt, ut quartus, ſeptimus, undecimus, quar-
todecimus &c. , quidam verò medio ſe habent, nam raró, & non crebrè criſes in
illis eueniunt , ut 5, 9, 13, 17, &c. Quidam tandem omnes in potentia ſuperant
vt 7, 14, 21, 27, &c. Sed non à numeris criſes eueniunt, neque ab eis dignitatem
accipiunt ; cum à motù Aſtrorum potentia in illis cauſetur, ut ex Gaurico ſic ha-
L.3.c.8. betur . *Neque enim ſeptimi , vel quarti numerus criſis auctor eſt : ſed quod Luna*
inouante, & immutante terrena, motum quoque circuitus , ad hos principes nume-
ros venire contingat, meritò in ipſis tanquam ſtata alterationum tempora inueniun-
tur . Colligitur ergo quantus fuit Fracaſtorij error, cum potius confuſionem ,
quam aliquem ordinem, in diebus decretorijs aſſignandis tradat. Ruſus criſium
diuerſitates, non ſolum, ab inequali Lunæ Aſtrorumque motù contingunt , ve-
rumetiam, à differenti ægrotorum diſpoſitione, ac temperamento, utpote Gau-
ricus ſcribit . *Non enim Luna excitat eamdem criſim in omnibus , quippeque di-*
L.ind.tr.4. *uerſos producit effectus , ſecundum diuerſas humorem, & complexionum qualitates ,*
& diuerſis genituris , atque annuis menſtruiſque conuerſionibus . Neque hic obſtat
Fracaſtorij obiectio, nempe criſes diuerſas, ſuccedere in illis, qui eodem tempo-
re ægrotant . Ex præcedentibus patet reſponſio, cum ipſa ſententia Gaurici : id
ſcilicet euenire, quatenus virtus opificis diuerſificatur, à virtute recipientis , & è
contra, ut in Solis actione quotidie experimur ; ſi quidem tela radijs eius expo-
ſita albeſcit , facies hominum verò nigreſcunt : ſic iuuenibus vapores magis affi-
ciunt , quam ſenibus ; & ſic de cæteris . Eodem modo recipientium complexio-
nes diuerſimodè patiuntur ; & licet eodem temperamento (quod eſt difficile)

inue-

Digitized by Google

inueniantur, attamen in particulari, ex varijs eorum genituris, conuerſionibus, inter ſe diuerſificantur, ſecundum eorum impreſſiones in corporibus noſtris, ut D. Thom. confirmat. *Alio modo* (inquit) *ſecundum quod imprimunt in corpora noſtra, ad quorum immutationem inſurgunt nobis aliqui motus paſſionum, vel per eorum impreſſionem efficimur habiles ad aliquas paſſiones.* Præterea aliquando diuerſificantur criſes, & acceſſiones propter alias ſtellas, ſiue bonas, ſiue malas ſecundum configurationem cum Luminaribus in eorum circuitibus: quippe poteſt dies criticus exiſtere, quando luminare malefico ſe coniunxerit, ægrotumque ad perniciem producere, ſi omnia concordauerint cum ſuis directionibus, atque conuerſionibus; Gauricus ſic ſcribit. *Quæ* (ſcilicet Luna) *inferiora hæc perturbat, quod non ex Luna ſolummodo, ſed ex locorum, atque cœleſtium ſignorum repugnantia, & planetarum congreſſibus prouenire declarabimus.* Ex his itaque liquet à quantis, & varijs cauſis criſes poſſint anteuertere, & in pluribus diuerſiſque diebus euenire. Vnde colligere poſſumus, non eſſe ſtabiles dies, criſibus tribuere; cum dependeant ab Aſtrorum motibus, maximèque ab ipſa Luna, quæ aliquando tarda, nonnunquam velox ad ſuas quadraturas diuerſis temporibus peruenit. Hinc patet maximus eorum error, qui cum illis ſtatutis diebus ſemper credant Symptòmata euenire, & Luminaria æquo curſu progredi, diuerſum poſtea experiantur, ad alias vaniſſimas cauſas criſes refferunt, quam ad cœleſtes, qui ſi Aſtronomiam didiſciſſent ita non loquuti fuiſſent. Aſt quæ principia locorum eligenda prò Luminarium circuitibus in ægrotorum decubitibus, perpendamus.

L. 3. con. Gent. c. 85.

Trat. 4.

Picus, & Fracaſtorius cum alijs, valdè circa hoc contra ſcientiam inſurrexerunt, & omnes mutuo conſensù ita furore laborantes clamant. Si illis ſtatutis diebus nempe 7. 14. 21. &c. Fit humorum comotio, nec per hos dies quamplurimum Luna, vel non eſt in quadratis locis, vel oppoſitis, igitur ad Lunæ motum Critici dies non pertinent, niſi fortaſſe morbi ſemper in nouilunijs acciderent; aliàs Luna minimè in quadraturis, ac oppoſitionibus, non poſſet eſſe, in quibus diuerſimodè cientur humores, ac mouebuntur. Quam ridiculoſa, vanaque ſit hæc querela, ſeù obiectio clarè etiam ineruditis patet. Etenim verum eſt non omnes morbos, in nouilunijs contingere: & quidem falſum eſt non poſſe ad ſuas quadraturas peruenire alio quoque tempore. Manifeſtum quippe eſt Luminaria cæteraque Aſtra diuerſimode influere à locis, in quibus alio ſitù priori contrario, & diuerſo lumen regerunt: quod quidem, in quadraturis, & oppoſitionibus accidit. Sicut enim mutationes eueniunt à prima quadratura reſpectù Synodalis coitus cum Sole, & in plenilunio, ita etiam pari ratione idem euenire debet, ex alio in Zodiaco, vel in mundo deducto principio, tempore initij morborum. Nam ſemper quadratum, & oppoſitio, cæterique aſpectus, reſpectù alicuius partis in Cœlo, variè hæc inferiora mouebunt: neque neceſſarium eſt intelligere ſolumodo de quadraturis ſecundum Lunæ cum Sole configurationes. *Nam illud tempus principium morbi appellamus* (inquit Gauricus) *quum iam manifeſtè febrire orſi decubuerint*: & alibi. *Principium motus Lunæ à principio ægritudinis capitur.* Quod verò ab omnibus cœli partibus principium influendi in criſibus accipiatur præter Galenum, Gauricus ita ſcribit. *Quod ſi Luna à parte Signiferi in qua quiſpiam ægrotare cæperit, ad 90 gradus peruenerit, utpote tetragonicam ſuiſmet radiationem ſiniſtram die 7. criſes, vireſque exercent, perinde ac ſi foret deuoluta à congreſsù ipſius cum Sole, ad quadratum ſiniſtrum.* Aſt hæc doctrina difusè explicatur, à Placid. de Titis in ſua cœleſti Philoſoph:, & de Die-

Trat. 4. Trat. 3. Trat. 1.

bus

Digitized by Google

bus decretorijs c. 13, quo loco probat armoniam cœleſtem, cum ipſa Luna exactè conuenire. De diuerſitate verò influendi per quartas, omneſque aſpectus Lunæ, Galenus de dieb. decret. l. 3. c. 2. clarè docet. Præterea neceſſarium non exiſtimamus hic omnia repetere, cum iam ſatis à ſapientiſſimis edita fuere. Neque hoc opus hæc omnia requirit: ſat enim fuit magis neceſſaria læuiter attingere, ne obſcura, quæ in exemplis tradituri ſummus, videantur. At ſanè miror cur à quibuſdam Arti Medicinæ ſtudioſis Aſtronomia ita deſtituatur ut de facili credant nihil ad illam facultatem pertinere, cum alioquin neceſſariſſima ſit, adeo ut ſine ipſa bonus medicus nemo exiſtat. Hoc iudicium noſtrum non eſt, ſed Virorum doctiſſimorum, qui ſic iudicarunt: & inter alios Galenus facile Princeps ita exhortatur. *Expedit igitur medicum qui Hippocratis artis dignus futurus eſt, ſi quid aliud hoc certum perſuaſum habere experientiam indicare naturam rem quamdam eſſe ordinatam, & cum materiam ſuperauerit proportionibus quibuſdam definitis, & periodis ordinatis motiones ipſius fieri.* Præterea plerique lucri cauſa cateruatim viſitant ægrotos, multoties etiam neque viſos, læuique pulſi tactu, ſolita remedia, nulla habita alia ratione ſcribunt, ferè ut omnibus unica medicina conueniret. Quapropter impoſſibile quem eſſe peritum medicum, qui pluribus medeatur, circa hoc Gauricus ſic loquitur. *Sed qui lucro ſeu quæſtui inſeruiunt libenter amplectuntur ea præcepta, quæ ſedulitatem non exigunt.* Ex his autem colligitur, ægrotos ab uno medico multos non poſſe curari. Quis poteſt eſſe perfectus medicus ſine aliqua rerum cœleſtium cognitione? quomodo enim iudicium faciet de Criticis diebus, ſi motum Lunæ ignorabit aliorumque Aſtrorum curſus? profectò cæcuciet in Arte, plurimique ab ipſis medicis occiduntur impunè, cum tempore non congruo medicinam ægrotis propinent, quæ ad mortem potius, quam ad ſalutem eas perducere poteſt. Concludamus igitur cum Marſilio Ficino in ſua Apol. uniuerſal. de vita Cœlitus comparanda. *Medicinam ſine fauore cœleſti eſſe inanem.*

De dieb. decret. l. 2.

De dieb. decret. Trac. 1.

Hic tamen fuit error quorundam Antiquorum. Nam hoc noſtro tempore, non ſolum Aſtronomia, quæ neceſſaria exiſtit, verum etiam virtutibus, quæ ſolum ad ornamentum ſunt, Medici Sapientiſſimi incedunt, ut honorare eos idem ſit ac ipſam virtutem colere. Maximum certè huius ſeculi beneficium, cum ſalus contra influxum malignitatem ſecura ſit facileque reſtituatur, ut eodem tempore, non ſolum ſtellarum vires agnoſcant, verum etiam dominentur. Etenim nimis turpe eſſet; quibus mortalium vita fidenda eſt ignorarent ea, quæ Arti fundamenta ſunt. Siquidem apud vulgares homines, non apud ſapientes Aſtroſophia contemnitur, adeo ut concludendum ſit cum ipſo Galeno. *A me itaque veritatem ipſam quantum homini licet inuentam eſſe puto: quamquidem & Hippocrates prius cognouerat, ſicut & præſcriptis verbis indicauit. Vulgare autem medicorum genus præ ſegnitiæ eam ſubticuit.*

L. 3. c. 12.

De Planetarum naturis eorúmque dominio. Cap. XVII.

CVm omnium animantium vita, in calore actiuo, humidoque paſſiuo conſiſtat, in utriuſque verò determinata, æquilibrataque proportione, alijſque qualitatibus mixtis, quæ quatuor vulgares a Peripateticis determinantur, utpote prima principia, quæ quidem ſimpliciſſima minime ſunt, cum ex alijs principijs deducta Democritus alijque, qui cum eo ſentiunt, afferant: attamen, ex omnibus illis cuncta corpora compaginantur, ſicut & homo, ad ſimilitud nem

Mun-

Mundi à Deo fabrefactus, cui animæ ſpiraculum, ad bruttorum differentiam afflauit; ſicut ex ſacris ſcriptis habetur. De quo pulcrè Lactantius Firmianus ita ait. *Ficto enim corpore ſpirauit, ei animum de vitali fonte ſpiritus ſui, qui eſt perennis; ut ipſius mundi ex contrarijs elementis ſimilitudinem gereret.* Conſtat ergò mirabili conſensù mundum ſuperiorem, cum inferiori colligatum eſſe, & ex corpore animaque, quaſi ex cęlo, & terra homo ortum ſuum duxiſſe, ad formam, & imaginem Diuinæ Sapientiæ; ita eum Deus ornauit, ut in illo omnia compilata eſſent, & ferè Vniuerſum reſtrictum oſtenderet. Firmicus circa hoc propoſitum ita ſcribit. *Et ita hominem artificio diuinæ fabricationis expoſuit, ut in paruo corpore omnium elementorum vim, atque ſubſtantiam, natura cogente conferret, ut Diuino illo Spiritu, qui ad ſuſtentationem mortalis corporis, ex cęleſti mente deſcendit, licet fragile, ſimile tamen mundo pararet hoſpitium.* Ex hac itaque ſocietate cęli atque terrę (quorum imagine homo præditus eſt) ſuperiorem dominium tenent ea, quæ à Deo, & cęleſtibus dependent, ſupra alia quæ ſubiecta ſunt, inter quæ etiam homo repoſitus eſt; cum hac tamen diſtinctione, ut edocet D. Thom. hominem ſcilicet ordinatum eſſe ſecundum corpus, ſub corporibus cęleſtibus, ſecundum intellectum ſub Angelis, ſecundum verò voluntatem ſub Deo. Adeo ut ex his inferratur, quod ea, quæ ex elementis, vel ſimpliciſſimis principijs compoſita ſunt, ab illis ſublimioribus regantur: ita tamen mutuo partium conſensù, & ordine, ut omnia inter ſe complexa ſint, ut citatus Sanctus eod. loco ſubiungit. *Quod tamen eſt ſecundum ordinem cęleſtium corporum, vel diſpoſitionem Angelorum, vel etiam Dei.* Quamobrem cum mundus magnus minorem regat, patet etiam hac de cauſa hominem quaſi minorem quendam Vniuerſum, ab illis corporibus luminoſis, quæ illum conſtituunt ſecundariè, poſt Optimum Deum gubernari; Iulius Firmicus citato loco, eleganter ita deducit. *Hac ex cauſa hominem quaſi minorem quendam mundum ſtellæ quinque, Sol etiam & Luna, ignita, ac ſempiterna agitatione ſuſtentant, ut Animal, quod ad imitationem mundi factum eſt ſimili diuinitatis ſubſtantia gubernetur.* Porrò cum Planetæ, certis qualitatibus, quæ ad vitam tuendam auferendamque, reſpectù materiæ recipientis, naturaliter compoſiti ſint, operepretium eſt aliquid de eorum naturis, qualitatibus, ac dominijs, quæ in hæc infima habent ratiocinari, cum pars in Aſtroſophia fundamentalis ſit, ac recipienda, ad mentem Comitis de Verulamio, ut ſuperius ſignificauimus.

De Orig. err. c. 13.

In præfat. lib. 3. Aſtrono.

L. 3. contra Gent. c. 92.

Diximus itaque in cap. ſexto huius primi libri, quod Luminaria, ſecundum ſapientum doctrinam, ſint vitæ fontes, ex quibus viuendi potentia poſt Altiſſimum, emanat, præcipueque ab ipſo Sole; à quo activus calor defluit. Natura ergo illius calidiſſima, cum modica ſiccitate exiſtit, ut Origanus tradit. *Eſt enim (inquit) fons caloris, & lucis, & ſecundo paululum exiccare, viuificus enim eius calor eſt, & non vehementer ſiccus, quoniam humido iungitur.* Idem confirmat Ptolomęus Quadr. l. 1. c. 4. Validiſſime namque influit cum vicinior vertici noſtro, tum in Zodiaco, tum in Mundo extiterit. Sequitur autem poſt Solem Lunæ potentia, atque efficacia in humectando propter expanſionem ſui luminis, & ob terræ propinquitatem, à qua vapores ſubleuat, teſte Ptolomęo. *Maior autem (ait) Lunæ vis eſt humectare, eſt enim terræ proprior, à qua vapor humidus ab imo uſque ad eam aſcendit.* Ergo ſignificare infertur, ea quæ corporis ſunt; eſt quippe fons vegetabilis potentiæ, cum ab ipſa, corpora nutriantur ex ſua paſſibili materia: eſt verò naturaliter humida, cum modico calore; habita ſemper ratione quantitatis ſplendoris. Fecerunt eam antiqui gaudere per noctem;

Aſtro Natural. l. 1. c. 1.

l. cita. c. 9.

Digitized by Google

ctem, & unam ex fortunis conſtituerunt. Origanus loco ſuperius citato ita de ea ſcribit. *Luna ob caloris paucitatem, humidique exuberantiam parum quidem benefica, at lumine plena maxime benefica cenſetur.*

Saturni ſtella qualitate ſua naturali multum frigida eſt, & parumper ſicca; propter magnam eius à Sole elongationem, & cum maximè à terra diſtet, ubi vapores humiditateſque generantur; ideoque non reputatur humida, ſed frigida, tempore hyemis adaugebit frigus, præcipue ſi cum Luna, aut Venere copulabitur. Parumper etiam deſiccabit, cum ea quæ humiditate carent conſtipentur. Hic tamen adnotandum eſt, quod non omninò caloris Saturnus expers ſit, ſed reſpectu reliquorum planetarum ſatis minorem tenuemque habeat; rurſus in potentiam retentiuam dominatur humorique terreo præeſt, pręrereaque caloris vitalis deſtructiua eſt, utpote qualitate contraria prędita.

Virtus Iouis Stellæ ab ipſo fauſto nomine agnoſcitur, ſiquidem ſine illa mortales diutius non viuerent; quippéque validiſſimè Saturni malignitatem temperat, ad mentem Almanſoris, ait enim. *Dominus quinti circuli ſcil. Venus diſoluit,*
Propoſ. 36. *quod ligat Dominus tertij, & eſt mars, Dominus autem ſecundi ſcil. Iupiter, diſſoluit, quæ ligat Dominus primi ſcil. Saturnus. Et hac ſignificatio eſt ſuper res magnas.* Factus eſt enim natura temperata, & viuifica in calore tamen ſuper humiditatem, quam obtinet, ratio ea eſt, quia inter Saturnum, & Martem medium locum obtinet, neque tam diſtat à Sole, quin radios poſſit validè excipere, & humectare etiam ob magnum lumen, quo ſplendide fulget; moderatione tamen, cum longe diſtet à terra. Præeſt ſanguini, utpote eiuſdem qualitatis, & cordi; quamobrem cum vim calefaciendi obtineat fęcunditatem fouet, & ea, quæ ad incrementum referuntur, ut Gauricus docet Trat. 8. & tam beneficus hic Planeta reputatur, ut maior cenſeatur fortuna, qui ſi à maleficis nunquam corrumperetur, homines immortales eſſent, ſecundum eiuſdem Gaurici opinionem; ait enim ille loco citato. *Eſſent quippe homines immortales, ſi nunquam in eorum genituris Iouij ſyderis benignitas vinceretur.* Ruſus quamplurimum ab ipſo, venti gignuntur; cum ipſo aeri præſideat teſte Ptolomæo. *Quapropter* (inquit) *inſimul cale-*
Quad. l. 1. c. 4. *facit, & humectat, & quoniam eius magis eſt calefacere, ipſaque ſuper alios cœlos vehitur, author ventorum, qui res oriri faciunt exiſtit.*

Sequitur poſt Iouis circuitum, Aſtrum Martis, natura ſua feruentiſſima: urit autem calefaciendo, & propriè deſiccat, areſcitque propter magnam Solis vicinitatem, atque eius rubrum colorem. Origanus de eo ita ſcribit. *Martis eſt exic-*
Aſtrol. Nat. mem. 1. c. 1. *care, & aere facere, in calefaciendo urere. Nam & Soli vicinior eſt, & denſioris, & craſſioris ſubſtantiæ eſt, id, quod rubedo innuit.* Ideoque in irraſcibilem potentiam rubramque bilem dominatur: opponitur humido radicali Lunæ, & Veneris, ergo deſtructiuus eſt, ob exceſſum ſiccitatis caloriſue: attamen, non eſt abſolutè tam maleficus, ſicuti Saturnus; quippe in frigiditate mors conſiſtere ſoleat: in hoc tamen calor, licet exuberans, ineſt, qui ita non deſtruit, maxime ſi à Venere temperetur, atque à locis, qui longiores a vertice noſtro ſint, vel à noctis humiditate, vel à quauis alia cauſa, quæ humorem habeat: quod contrarium euenit, ſi feratur per loca, & ſigna, à quibus ratione ſitus, & diuerſitate influendi eius calor extremus augeatur, quod etiam de maiori infortuna intelligitur. Al-
Propo. 85. bumatar circa hoc ita loquitur. *Maius infortunium Saturni eſt, cum fuerit in ſignis femininis, ſed Martis cum fuerit in maſculinis.* Præterea hæc ſtella adauget
Prop 8. calorem, & ſiccitatem, ſi cum Sole, vel Mercurio copuletur, præcipuè tempore æſtatis, ipſe Albumat. *Cum fuerit,* (ait ille) *Mars cum Sole in ſignis ſeptentrionalibus*

Digitized by Google

libus erit calor maximus. Quod ſimiliter de Saturno prædicatur contrária qualitate. Subiungit Auctor. *Similiter etiam cum Sol ierit ad Saturnum in ſignis meridionalibus erit frigus maximum*. Alijs namque tempeſtatibus, vel Mars frigiditatem modificat, vel Saturnus calorem temperat; ſed de temporum viciſſitudinibus particulari Opere, Deo bene fauente, verba faciemus.

Hinc Veneris blandæ, ac voluptuoſæ, dulciſue Stellæ natura humida atque temperatè calida, quæ tamen in caliditate à Ioue vincitur; humectare igitur validè conſtat, propter magnam copioſamque lucem, ità ut ſæpe obſeruauerim umbram gignere, de hac Ptolomæus ita ſcribit; *ergo modicum namque calefacit, quia propè Solem eſt, & humectat quantum Luna propter magnam ſui luminis quantitatem, ideoque ſibi vapores, qui ex humoribus terram circumdantibus aſcendunt attrahit*: habet etiam vim concupiſcibilem paſſionem excitandi, dominaturque ſemini pudendiſque utriuſque ſexus, omnique guſtui. Rurſus validè Marti reſiſtit, nam ſua humiditate ariditatem illius temperat, ideoque benefica, ſed minor Iouis, Fortuna exiſtit. Præterea aquas, omniaque humida, ſicut Luna ſignificat, ut Almanſor tradit. *Dominus quinti circuli ſcil. Venus ſignificat madefactiones, & pluvias*. Quad. l. 1. c. 4. Propo. 22.

Vltimò tandem Mercurius diuerſam qualitatem obtinet, prò ut magis à Sole elongatur. Quando igitur ei eſt vicinus validè deſiccat, modo ad Lunam in inferiori Epicicli parte accedens humectat, ad mentem Ptolomei, inquit enim. *In quibuſdam humectat; eo quòd eius locus ſuperet lunari Sphæræ, quæ terræ propior exiſtit, & in horum quidem utroque eius alteratio eſt feſtina*. Conſtat igitur eſſe fortuitarum accidentium cauſam, & hoc non ſine ratione; quandoquidem ob ſuum differentem motum, magnas, & diuerſas momento temporis mutationes gignit; quippe modò velox, modò tardus, nunc retrogradus, hinc directè fluens, ſemper inconſtans ancipiti natura ſe oſtendit, ideoque cum bonis bonus, cum maleficis malus, per ſe tamen non ita optimus, ob ſiccitatem, qua præditus eſt. Rurſus diſertiuę, ſeu logiſticę facultati preeſt, illiſque rebus, quę ad mercaturam ſpectant. Porrò ventos magnos excitat, exalatione ſicca, precipuè cum Sole, & etiam cum Marte copulatus. Ptolo. loco citato ait. *Ventorum & hic auctor exiſtit ob hoc quod eius motus circa Solem citus habetur*. L. 1. c. 4.

Ex his igitur omnibus facillime intelligere poſſumus combinationem quę ſuperiora corpora habent, cum elementis vulgatis; ſiquidem caliditatis, ſiccitatis, aqueę, & aereę qualitates in illis ſunt. Quippe Saturnus terrenus, & frigidus, ſiccuſque exiſtat, ex Ioue facultas aerea, ob calidum, humidumque, emanet; à Marte, & Sole calor exuberet, cum hac obſeruatione, quod in illo, ſit deſtructivus, in hoc conſeruativus. A Venere, Lunaque, qualitates aqueę, & humidę ſignificentur, à Mercurio tandem poſitiuè nulla ſubſtantia oriatur, ſed magis ad ſiccitatem, ſe conferat, quam ad tenuem humiditatem. Ergo conijcitur duas eſſe cauſas viuificas, duaſque contrarias, & exitiales. Calor Solis, humiditaſque Lunę, cum fortunarum beneficentia, vitam fouent; frigiditas Saturni cum ariditate Martis, ad perniciem tendunt. Inſuper recipienda veniunt ea, quæ de morbis ægritudinibu que prouenientibus, per has planetarum qualitates, ab Aſtrologis notata ſunt, ferèque omnia, qua ſub eorum dominijs aſſignatur. Hinc ſi quis admirationem caperet, quomodo ſcil. Antiquiores, de Aſtrorum naturis tam abſtruſis determinare auſi ſint, reſpondendum eſt cum Ptolo. *Huius quidem (ait) ſtellæ, cæterarumque ſtellarum virium ſcientia, a ſuarum figurarum experimentis, quæ ſunt in ea tum collatione cum Sole, ac Luna procedit*, poſtea ſequitur. Quad. l. 1. c. 4.

quitur.

quitur. *In ordinandis namque mutationum, qui ſecundam augumentum, diminutionemque differant videmus eorum quaſdam aeris qualitates uno modo, quaſdam autem alio variare.* Ab effectibus verò multa iudicamus, quarum principia ignoramus, ac compoſitiones, reddere autem de omnibus rationem; neque ſapientiſſimus poteſt; alias homines Dij eſſent. Quare madefaciat aqua, Sol ceram liquet, ac lutum conſtipet, multaque alia latentia, quis inueſtigabit? illud etenim quod in hac arte difficillimum eſt, cauſas omnes agnoſcere earumque comixtiones, de quibus periculoſum exiſtit iudicium facere. Per hoc igitur errores quamplurimi ab imperitis oriuntur, non ab arte. Vnde ſi quis tam ſapiens eſſet, ut omnes cauſarum comixtiones diſtingueret, ac perfectè agnoſceret, nulli dubium eſſet, quin in perfectione omnes ſuas præditiones faceret. Aſt cum hoc ſoli Deo notum ſit, homini verò tantum coniecturando fas ſit, ideo cum Cicerone concludendum. *Quod cum facere nemo niſi Deus poſſit, relinquendum eſt homini, ut ſignis quibuſdam conſequentia declarantibus futura præſentiant.* Vtpote omninè faciendum venit, in omnibus illis artibus, quæ opinabiles, ac coniecturales ſunt. Aliàs temeritas in iudicando turpis error eſſet, maximè in rebus, quæ ad Diuinitatem pertinent. Eſt autem periculum, ne ijs neglectis, aut non intellectis, fraude iniqua, ac anili ſuperſtitione obligemur. Hoc tamen adnotandum, quod nemo bonus Aſtrologus extiterit, niſi ille, qui non ſolum ab arte, aſſiduoque ſtudio rerum naturalium, ſed etiam à quodam naturali inſtinctu, adiuctus erit, ad mentem Ptolomei, inquit enim. *Anima ad cognitionem apta, veri plus aſſequitur, quam, qui ſupremum in modum ſe in ſcientia exercuerit.*

De Diuin. l. 1.

Centil. 4.

V N I-

VNIVERSA ASTROSOPHIA NATVRALIS.

Varijs, & hucuſque nunquam editis experimentis comprobata.

AVCTORE

ANTONIO FRANCISCO DE BONATTIS I.V.D. PATAVINO.

LIBER SECVNDVS.

LECTORI BENEVOLO.

CAP. I.

ABſoluta prima huius Operis parte (integerrime Lector) qua ſcientiæ veritatem oſtendere, eamque à ſuperſtitionibus diſtinguere, ſummorum Virorum auctoritate, naturalique ratione, conati ſumus. Si aliqua noua tibi videatur, & nunquam ab alijs ſic explicata: non hoc ab inuentione noſtra abſque fundamento credas exortum, ſed obſeruatione naturalique methodo deprompturn, perſpicacique Clariſſ. Præceptoris mei ingenio emanatum eſſe, autumas. Novum autem ſub Solis luce nunquam fit, quin prius anteriori tempore factum, quandoque fuit, ut inquit Eccleſiaſ. c. 1. *Nihil ſub Sole novum, neque valet quiſquam dicere: Ecce hoc recens eſt: iam enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.* Memoria enim noſtra non eſt antiquorum temporum, niſi per traditiones, hæc verò ſeculorum ſpatio perierunt. Nil

cre-

Digitized by Google

etenim eſt, quod tempore non conſumetur. Haud mirum igitur, ſi aliquid ſcripſimus, quod adhuc traditum non fuit, vel fortaſſe deperditum extitit: neque contemptorem aliarum opinionum me teneas, ſi in aliquibus, ab Aſtrologorum præceptis diſſentientem agnoſcas; non odio, & ambitione, neque neotericæ ſcientiæ luxuria, hoc feci, ſed quia ita ratio veritaſque expoſtulabat, & ſupra omnia ad hanc operationem amplectendam propenſio, quam à natiuitate traxi, animi mei, impellebat. Cuncta verò quæ ſcripta ſunt veridica eſſe non poſſunt, præcipue in ſcientijs tam abſconditis, ac difficilioribus, neque cuncta credenda, quæ ſuperſtitionibus refferuntur, ordinique naturali repugnant, ut Nicephorus Gregora inquit. *Quæ verò concentus omnis leges recuſant, & omnes ſcientiæ limites tranſiliunt, ea nec mentis conſideratione digna ſunt, nec linguæ explicatione.* Seligere verum à falſo ſapientibus conuenit, ſtultibus proprium omnia prò fide habere. Opinionum enim commenta delet dies, iudicia natura confirmat. Nulli dubium eſt facultates omnes nugis conſpurcatas eſſe, ut ipſe Argolus fatetur, adeo uſq; difficilimum ſit ab ignominia eas vindicare; præſertim Aſtrologia tot vanitatibus, erroribuſque repleta, ut ne umbra quidem ſcientiæ appareat; quamobrem exatè examinanda, non tota recipienda eſt, neque tota repudianda. Sola autem ea quæ rationi, ac experientiæ concordant amplectenda, ad quam partem tranſitum facio, in qua multarum ſine diſcrimine natiuitatum exempla ſub oculis tibi tradam, quibus vitæ ſpatium particulariter probare aggrediar. Si verò Principium Regumque genituræ hic inſertæ non ſunt, hoc non curaui, quoniam de aliorum dictis fidem certam non habui, propter temporum fallaciam: ſolum etenim illas accepi, vel quas ego à mortuorum matriculis reſcripſi, vel ab Amicis fidatiſſimis aliunde recepi. Caſus autem ferè omnes noſtris temporibus euenerunt; ut ſi quis nobis non credat, liberè poſſit de Natorum tempore ſe certiorem facere; nihil horis æſtimatiuis adiunxi, niſi momenta illa, quæ rectificatio expoſtulauit (ut in proprio cap. demonſtraui neceſſarium eſſe) nec per nobilitatis ordinem eas ordinaui, cum promiſcuè, habita ſolum temporum ratione, expoſui; multos nobilium, pauperum miſerorumque ortus collexi, contra Argoli opinionem, qui ſolum horis Thematum Virorum illuſtriſſimorum dignitate aliqua pollentium, credidit, non verò ignobilium momentis, aſſerens, quod illorum natiuitatum ſpatia, ut ipſorum origines incerta ſunt. Aſt venia tanti Viri dicam, quod immo certiſſima ſunt, ſaltem noſtris temporibus, ob conſuetudinem, quam omnes habent horas Natorum obſeruandi, ac matriculis diligenter, prout poſſunt, adnotandi. Hoc tamen prò certò, (diſcrete Lector) habeas me non admiſiſſe mortuorum vel viuentium genituras, niſi prius oculis proprijs eorum baptiſmata exploraſſem, vel ab aliquibus incorruptæ fidei, ut dixi, aut ab eorum Genitoribus gratè recepiſſem: neque nullas eorum qui ſeculo anteacto vixerunt, habere curaui, ne ſuper incertitudinem fruſtra laborem impenderem, dubiaque fide exemplorum facta hominibus relinquerem. Accipe igitur benignè quæ ſcripſi, & ſcripturus ſum, & commiſſa errata indulgenti animo corrigas, cum mortale ſit quandoque errare. Vale, & Matheſim cole.

Hiſt. Rom. l. 9.

Dini-

Diuiſio huius ſecundi libri. *Cap. II.*

QVoniam verò in omnibus quodam ordine diuiſionis procedendum eſt; adeo, ut res magis clareſcant; hac methodo in præſenti libro ſeruabimus. In duas igitur partes illum diuidemus; in prima namque exemplorum experimenta trademus, de Natorum genituris, qui ultra vigeſimum annum vitam haud traduxerunt, inter quos plures vel mortui ex materno utero exierunt, vel paulo poſt ortum deceſſerunt; qua occaſione multa, quæ ad rectificationis ſcientiam, atque cauſam originis impulſiuam agnoſcendam, patefient: paſſimque diuerſæ Aſtrorum paſſiones, prò Artis intelligentia explicabuntur. Rurſus aliqua de illis, qui aliquandiu vixerunt Themata proponemus, adhoc, ut differentia inter beneficas, maleficaſque rectificationes facili diſtinctione inoteſcat.

In ſecunda autem parte, nonnullas eorum natiuitates dilucidabimus, qui morte violenta miserè perierunt, in quibus varij curioſique mortis euentus patebunt, ex varijs, diuerſiſque ſyderum cauſis, & familiaritatibus: De omnibus itaque prius Radices, poſtea Directiones, deinde annorum Reuolutiones, de quibuſdam etiam, ſi notæ fuerint, lethales Criſes diligenti calculatione ſub oculis exponemus; cum hac tamen declaratione, quod in planetarum ſupputatione, Tabulis exatiſſimis Iſmaelis Bulialdi, ac Flaminij, de Mezauachis Ephemeridibus, uſi ſumus, cum aliqua poſteriorum Mathematicorum correctione, præſertim Clariſſimi Zimermani, qui diligenter motum Solis aliarumque erraticarum, exarauit. Hinc in Figurarum Cœleſtium erectione, communem, ſeù rationalem Domorum diuiſionem (ut ſuperius demonſtrauimus) amplexi ſumus. Argoli Ephemerides non curauimus, quoniam motibus Cœleſtibus non ita, ut per nouas obſeruationes, correſpondent, præcipuè in tribus inferioribus, ſicuti recentiores Profeſſores comperti ſunt. Fateor verò, & meliores Tabulas, in lucem editas eſſe, nempe accuratiſſimas Riccioli, (à cuius Aſtronomia reformata latitudines Regionum accepimus) Caſſini, aliorumque Excellentiſſimorum ſapientum; ſed nondum eas, præſertim Caſſinianas accepimus: vel quia etiam iam maiorem Operis partem abſoluimus, parumque ab alijs Bulialdus in ſuis obſeruationibus diſcrepat, ſolum in Veneris ſtella quandoque per duos gradus diſſentit. Aſt in re tam difficili, ac laborioſa, nullis peritiſſimà fides præſtanda venit; exatiſſimos namque planetarum locos, ferè impoſſibile, ut mihi videtur, eſt obſeruatione adnotare (quanquam pernobili ſpeculatione hoc noſtro æuo, ad perfectionem ferè ſit hoc redactum, ab eximio Caſſini, ingenio, elaborantis ſub feliciſſimo Chriſtianiſſimi, ac inuictiſſimi Regis, Dominatu.) Attamen experientiæ ut plurimum ſtandum conuenit. Si quis verò noſtris ſupputationibus non planè crediderit, liberum ei aliunde erit ex melioribus exarare. Præterea quia faciliimum eſt in tot numerorum congerie errores non ab imperitia, ſed ab inobſeruantia committere; igitur ſi aliquos pluresve quis inuenerit, ſtatim haud me rigore damnet, aut derideat, ſed humanę hallucinationi in agendo prudenter condonet. Saltem hoc ſolatium habuero, me primum in committendis erroribus non eſſe, neque omnes à mea negligentia emanaſſe, ſed partim etiam à Typographię incuria oriri.

Notan-

Digitized by Google


Notandum ad maiorem huius operis intelligentiam, quod in Geniturarum calculis, dies adnotauimus Aſtronomicos horas verò duplices, æſtimatiuas ſcilicet, & illas per rectificationem correctas; ſub quibus domorum lineæ erectæ ſunt.

Prætereà criſes ad radicales horas ſortiti ſumus, & ferè cunctæ horam mortis, caſuſque præcedunt; cum inſenſibilis in Zodiaco motus aliquarum horarum ſpatio ſit, præter Lunæ circuitionem, quam ſemper ad momenta reduximus. (Cum momentum mortis ad noſtram cognitionem peruenerit) Rurſus motus Æquatoris, cum gradus unus magis minuſq. ſecundum arcuum differentiam, prò una quaque die tradatur, inconſiderabilis exiſtit ab hora criſis, quæ præcedit, uſque ad occubitum, vel caſum, ita ut mente ſine calculi faſtidio, quiſque agnoſcere poſſit.

Directiones autem, ad momentum ſupputatæ ſunt, cum impercitibilis etiam motus in illis, præciſè ſine incertitudine pateſieri oculis debeat. Siquidem enim, aliquid fortuitò neceſſarium prætermiſimus, perſpicaciſſimo iudicio Lectoris, relinquimus.

I N-

HIERONYMVS FACINVS N OB. VERON.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 20 A	6. 3 S		
♃ 0. 40 S	20. 38 A		
♂ 0. 43 A	23. 4 A		
☉	19. 40 A	21. 21	235. 11
♀ 4. 37 A	28. 6 A		
☿ 2. 13 A	24. 45 A		
☽ 3. 53 A	20. 24 A		


EXPERIMENTVM PRIMVM.

INfauſta aſtrorum Fata, non ſolum huius Familiæ Nati ſortiti fuere, verum etiam nomina; cum quinque huius denominationis, paulo vitam traduxerint, vt mox exponemus.

Primus igitur in ordine, cauſam originis impulſiuam maleficum ♄ habuit, in æquali diſtantia cum ☉ ab angulo recto, & ſic rectificauit tempus, quod ab æſtimatiuo min. 59 diſtat. Rurſus ♃ à maleficis corrumpebatur; erat enim ♂ coniunctus, & in △ coſmico cum ♄, diſtat ♃ à 2. dom. p. 10. 15, ♄ verò à 6. dom. p. 11. 53. igitur Luminaria declinatione grauiter offendebat. ♀ non potuit auxiliari cum nemini coniungebatur; immò à △ ♄ pulſabatur, contra quem non poteſt reſiſtere, ☿ maleficus, quia in ☌ ♂, in eiuſque declinatione fuit.

A Criſis

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.
☊		
♃		
♂ 0.44 A	23. 43 A	
☉	21. 29 A	23. 38
♀ 2.18 A	25. 44 A	
☿ 2.31 A	26. 0 A	
☽ 0. 21 S	0. 12 S	

Criſis verò. hæc eſt operatio. Arc. ſemin. Radicis eſt p. 6681, qui dat ☉ diſtantiam à 4. dom. p. 4307. Arcus ſemin. Criſis p. 6818, ergo dat diſtan. ☉ à 4. dom. p. 4396 ſeu grad. 73. 16, quibus additis loco Solis proueniunt grad. 19. 51 ♒ in imo Cœli criſis.

☉ itaque peruenit ad partillem ☌ ♃ corrupti, immo ♄ incidit in △ coſmicis ☉, ac ♃ diſtat enim ♃ à 2. dom. p. 3. 17. ☉ ab eodem linea p. 2. 12. ♄ à 6. dom. p. 2. 47. hinc ♀ offendebatur à declin. ♂, & ☉ pariter declinabat cum illo. ☽ ad parallelum declin. ♄ deferebatur. malefici de △ ſe aſpiciebant, & etiam de △ coſmico. diſtat ♂ à 3. dom. p. 19. 45, ♄ à 7. dom. p. 18. 57. vnde hinc inde repetitis maleficentijs, nihil mirum, ſi poſt paucos dies parvulus è vita emigrauit.

HIE-

HIERONYMUS II. FACINUS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 17 A	15. 12 S		
♃ 0. 43 A	16. 58 A		
♂ 1. 8 A	15. 15 A		
☉	17. 50 A	19. 8	
♀ 0 - 7 S	22. 24 A		
☿ 1. 56 A	18. 15 A		
☽ 3. 21 S	0. 27 A		

EXPER. II.

CAuſa rectificans huius Nati fuit ☿ maleficus, quia cum ♃ inter maleficos declinante, pariter declinabat, conſtitutus in paralh. recto cum ☉, qui à ☌ ☿, & ♃ offendebatur. ♀ non adiuvabat; immo valide à △ ♄ pulſabatur, cui applicabat. ☽ quoque à ✶ coſmico ♄, diſtat enim ille à culm.: p. 6. 4; illa verò ab 8: dom. p. 6. 59. præterea ♂ tenebat angulum Occidentis. ♄. m. c.

CRISIS LETHALIS:

43 21




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
☊			
♃			
♂			
☉	16. 59 A	18. 7	
♀ 0. 2 A			
☿ 1.43 A	15.43 A		
☽ 5. 9 S	18. 7 S		

Criſis verò qua deceſſit hæc eſt operatio. Arc. ſem. Radicis eſt p.6548, qui dat diſtantiam ☉ ab 8. dom. p.2056. Arc. ſemin. Criſis eſt p.6487, ergo dat diſt. ☉ ab 8. domo p.2037. ſeu p.33.57 quibus additis loco ☉ proueniunt p.16.53 ♓ prò octaua Linea.

Peruenit igitur ☉ ad partille parallelum declinationis ♃, & per conſequens ad æquidiſtantiam ab æquatore cum maleficis. ☿ qui originis cauſa fuit incidit in ☌ ♂, & in partili declin. cum ambobus infortunijs. ♀ perficit △ ♄. ☽ declin. malefic., & □ ☉, atque illum coſmicum ♃ malefici. diſtat enim illa à Culm. p. 10.43, ♃ à 7. dom. p. 10. 54. Quid clarius ſi tot maleficentiæ ad huius Nati vitam dirimendam concurrerunt?

Ratio autem cur hic citius mortuus fuit, quam primus, fuit in planeta rectificante, nam in hoc immediate ☿ maleficus. ☉ offendet non ſolum parallelo recto, ſed etiam declinatione. adde etiam ambas maleficorum qualita-

HIERONYMVS III.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 0 A	10. 8 S		
♃ 1.11 A	6. 59 A		
♂ 3. 8 S	20. 1 A		
☉	19. 41 A	21. 22	304. 42
♀ 3. 10 S	4. 41 A		
☿ 1.44 A	18. 0 A		
☽ 5. 17 S	12. 54 S		

tes habuiſſe . in primo verò ♄ ſolo parallelo ☉ pulſabat ſua tantum qualitate Saturnina .

EXPER. III.

CAuſa rectificans ☽ fuit in parallelo recto cum ☉ , tempuſque correxit , quod ab æſtimatiuo m. 5. diſcrepat. malefica tamen cauſa fuit,quia à ♄ declinatione offendebatur, à ♂ per △ coſmicum, abberrat ☽ ab 11.dom. p. 2. 52, ♂ verò à 7.dom. p.2.3,& ſic ambas infortonarum qualitates in ☉ transferrebat , non ſolum per dictum parallelum rectum , verum etiam per □ coſmicum,quoniam ſicut illa diſtat ab 11.dom.p.2.52,ita ☉ longe fertur ab 8. dom. p. 2. 37. Rurſus ☉ cum ♂ ab æquatore æqualiter circuibat. benefici autem licet in ſupremo Cardine ſimul iuncti, de □ ♂ aſpicientes, attamen nulla familiaritate Luminaria fouebant,valuere tamen per paucos dies vitam nati ſubſtinere .

CRISIS LETHALIS:



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.
♄		
♃		
♂		
☉	18. 25 A	19. 50
♀ 3 59 S	1. 0 A	
☿ 0.52 A	13. 49 A	
☽ 1. 29 S	21. 56 S	

Criſis hæc eſt operatio Arc. ſemid. ☉ Radicis eſt p. 4118, qui dat diſtantiam eiuſdem, à domi 7. p. 1473. Arc. ſemid. criſis eſt p. 4210, ergo dat diſtantiam ☉ à dom. 7. p. 1501, ſeu p. 25. 6, quibus loco ☉ demptis prouenitunt in cardine occiduo p. 12. 34 ♑.


Videre igitur quiſque poteſt, ☽ cauſam originis ad exatum ⚹ ♄ perueniſſe, & ad declin. ♂, & ♂ eiuſdem mox applicuiſſe. ☉ adhuc in □ ♄. & declinatione ♂ commorabatur. ☿ maleficus erat, quia declinationi ♄ applicabat, & ♄ erat in △ coſmico ♂; diſtat enim ille ab 11. dom. p. 6. 8. ♂ verò à 7. dom. p. 2. 16, ideo ſimul applicabant.

Benefici inter ſe diſiuncti ferrebantur. nam ♀ cum latitudine à ♃ ſfera elongabatur p. 10. 24, ergo extra actionem circuibat. licet etiam ſi efficaciter coniuncta adiuvare non poterat. Ex quibus igitur facta eſt Criſis lethalis.

Digitized by Google

HIERONYMVS IIID

167. 0




	Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄	1.38 A	21. 26 S		
♃	1.37 A	. . .		
♂	1.24 A	23. 50 A		
☉	. . . .	22. 46 A	25. 19	254. 38
♀	0. 2 A	22. 48 A		
☿	1. 1 A	23. 27 A		
●	0. 26 S	22. 46 A		

EXPER. IV.

VEnus in parallelo recto cum ☉ tempus ſignauit, quod per min. 18: à putatiuo diſcrepat. Malefica fuit, quoniam, erat in ☍ ♄, & cum illo declinabat, atque etiam cum ♂. valuit nihilominus per menſem vitam infanculi fouere, quia ex ſe eſt planeta beneficus, & valide ☉ copulabatur. adde ♃ fuiſſe in □ coſmico cum illa, & ☉, diſtat enim ♃ a 4. domo p. 18. 49. ☉ & ♀ à prima p. 18. 0. vnde vſquequo durauit illud □, tandiù etiam vixit. præterea ☉ erat in ☍ ♄, & ambo luminaria cum infortunijs declinab.

CRI-

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.
♄ 1. 34 A	21. 18 S	
♃ 1. 30 A	. . . .	
♂ 1. 8 A	15. 59 A	
☉	22. 30 A	24. 58
♀ 1 12 A	22. 39 A	
☿ 2. 38 A	21. 3 A	
☽ 3. 10 S	14. 16 A	

Criſis hæc eſt operatio. Arcus ſemin. eſt p. 6919, qui dat diſtantiam ☉ à 12. domo p. 2335, Arcus ſem. Criſis eſt p. 6898, ergo dat diſtantiam ☉ à dicta domo p. 2328, ſeù p. 38. 48, quibus à loco ☉ criſis demptis eueniunt p. 7. 42, ♃ in Linea 12.

☽ atq; ad ☌ ♂ ferrebatur ſicut in Radice, in ☌ ☿ malefici, quia declin. cum ♄, qui de △ inducebat natura ♂. Rurſus ipſa ☽ acceſſit ad parallel. decl. ♂. ☉ inter ♄ & ☿ declinabat, & paulalum excedebat parallelum obliquū eiuſd. ♄. Præterea ☽ applicabat □ ♄. ♀ cauſa originis corrumpebatur à declinatione ♄ martialis, neque amplius □ coſmicum ♃ recipiebat, qui etiam non potuiſſet auxiliari, propter ✶ ☿ peſſimi à quo pulſabatur, neque amplius iungebatur Soli, cum ab illo excederet.

CLARA FACINA SOROR.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 22 A	22. 6 S		
♃ 1. 24 A	13. 55 S		
♂ 1. 49 S	2. 34 A		
☉	23. 5 A	25. 44	258. 17
♀ 2. 51 S	. . . .		
☿ 2. 12 A	25. 43 A		
☽ 1. 27 A	22. 4 S		

EXPER. V.

Luna in parallelo recto cum ☉ rectificauit tempus, quod ab æſtimatiuo m. 17. diſcrepat, ſed maleſica, quia adhuc erat infrà ☌ ♄, & partiliter cum illo declinabat, applicabatque □ ♂, & △ coſmico eiuſdem, diſtat illa à 12. domo p. 13. 8. ♂ verò ab imo p. 14. 36. ſic ergo dicto parallelo recto ☉ grauiter lædebat, & declinatione. præterea ☉ applicabat ☍ ♄, & cum eo æqualiter ab æquatore circuibat: ſtatimque mortuo eſſet, ſi ♀ △ ☽ non aſpexiſſet, quo tranſacto deceſſit.

AVGVSTINVS FACINVS.

271. 25




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 2. 53 S	1. 38 A		
♃ 0. 29 S	23. 2 A		
♂ 1. 57 S	22. 20 S		
☉	7. 41 A	8. 57	341. 51
♀ 1. 28 A	0. 12 A		
☿ 2. 18 A	15. 54 A		
☽ 2. 8 S	20. 22 A		

EXPER. VI.

VEnus cauſa originis impulſiua apparenter in linea Orientis tempus correxit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat h. 1. 38, attamen malefica fuit, ex declinatione ♄. & ✱ ♂. ♃ verò quia eam de □ platico irradiabat, fuit in cauſa Puerulum per aliquod tempus vixiſſe; eo magis quoniam ☉ cum ♃ declinabat. Aſt debile auxilium, cum ipſa ☽ ad □ ♄ properaret, viciniuſq; declinationem ♂ in directione primi anni peteret, (quam non erexi, nam motus vnius diei cum quadrante, prò vnico anno tribuſque menſibus oculis pateat) tunc temporis autem ☽ malefica ☉ per ✱ offendebat.

REVOLVTIO LETHALIS.

I. 21




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2. 56 S	6. 11 A		
♃ 0. 16 A	20. 26 A		
♂ 1. 25 A	16. 40 A		
☉	7. 41 A		
♀ 0. 2 A	18. 53 A		
☿ 2. 12 A	10. 38 A		
● 4. 9 A	12. 14 S		

In Reuolutione primi anni ☉ à declinatione ♄ pulſabatur, & parallelo recto, diſtat enim ☉ à Culm. p. 21. 9 ; ♄ ab imo p. 21. 17, qui ♄ naturam ♂ aſſumebat ex △; ● applicabat □ ♂, & cum ☿ declinabat, qui etiam ille parallelum rectum ♄ tangebat.

Benefici Luminaria non aſpiciebant, immo ♀ æqualiter ab æquatore diſtabat cum ♂ Saturnio.

Clare igitur patet, quod cum Luminaria à maleficis pulſantur: ſine ſufficienti fortunarum auxilio mors ſuccedit, modo ad Criſis iudicium tranſeamus.

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2.49 S	7. 12 S		
♃ 0.22 S	23. 54 A		
♂ 1.31 S	22. 52 S		
☼	21. 35 S	23. 46	
♀ 2. 38 S	25. 40 S		
☿ 4.13 A	12. 5 S		
⊖ 4.54 A	4. 36 A		

Criſis hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt p. 4863. quæ dat diſtantiam à 2. domo p. 4212. Arcus ſemid. Criſis eſt p. 6826, ergo dat diſtantiam ☼ à domo 2. p. 5912; ſeù 98.32, quibus additis loco ☼ Criſis emergunt p. 15. 95 ♍ pro Linea ſecundæ.

Sol igitur ad □ fere Radicis peruenit in △ ♄. ● ad ☍ ♄ ferrebatur, qui □ in mundo ♂ recipiebat. diſtat enim ♂ à 12. domo p. 6.95, ♄ verò à 3. domo p. 6. 6, vnde ambas qualitates maleficas recipiebat.

Adde ♀, quæ fuit cauſa originis, ſe ♂ Saturnio coniunxiſſe. Solus ♃ cum ☼ declinabat, ſed vnicus aſpectus beneficus contra plures infortunarum non valet: neque ♃ □ ● potuit adiuvare, quoniam contra ambos maleficos, quos illa recipiebat, non ſuffecit.

CAMILLA QVAGLIATA VEN.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 25 A	20. 32 S		
♃ 1. 42 S	1. 39 A		
♂ 7. 6 S	13. 18 S		
☉	14. 17 A		224. 15
♀ 0 57 A	1. 47 A		
☿ 2. 6 A	19. 59 A		
☽ 3. 57 A	22. 51 A		

EXPER. VII.

IVpiter cauſa originis tempus correxit, quod à dato diſcrepat min. 19, in parallelo recto cum ☉ recipiebat itaque ♃ ambas qualitates malefìcas, nam △ ♄ deſcribebat, qui qualitatem ♂ ex □ aſſumebat, aliquandiù tamen vixit propter beneficorum declinationem. Extinguitur morbo caduco, ex ſpirituum ſubita concutione ob ſuperuenientem qualitatem frigidam, & humidam. meritò igitur Luminaria, in quarta frigida tam in mundo, quam in Zodiaco exiſtebant, offenſa à maleficis. Nam ☉ declinabat cum ♂ Saturnio, & ☽ in eius △ in Zodiaco, & in mundo; diſtat enim ♄ à 7. dom. p. 11. 46, ☽ à 3. domo p. 10. 43. ☿ offendebatur à △ partilli ♄ ad ſignificandam, ſpirituum læſionem, ex frigiditate ♄, & cum illo declinabat, ſicut etiam ☽.

ANNA MARIA ZANCHANI VERON.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 1. 3 S	17. 13 S		
♃ 1. 1 A	18. 4 A		
♂ 2.47 A	21.48 A		
☉	17. 50 S		132. 18
♀ 1. 32 S	17. 5 S		
☿ 2. 5 S	17. 0 S		
☽ 4. 40 A	20. 35 A		

EXPER. VIII.

LVna in parallelo apparenti ab angulis rectis cum ☉ tempus ſignauit, quod à dato diſcrepat m. 43, malefica fuit, quia declinabat cum maleficis, & ☌ ♂ applicabat, vixit tamen per tres menſes, eo quia ♃ ☽ de □ aſpiciebat, & pariter □ ♀ habebat, quæ fuit in ☍ ♃, ac cum illo declinabat, non potuerunt tamen benefici vitam longius protrahere, quoniam venus copulabatur cum ♄, etiam in æquatoris diſtantia, pariter ♃ inter maleficarum declinationem reperiebatur. ☉ quoque cum maleficis declinabat, & erat in △ mundano ♂ Saturnij, diſtat enim ☉ ab Aſcend: p. 19: 57, ♂ verò à 5. domo p. 18. 40. tandem admirandum eſt quomodo omnes planetæ iterratis aſpectibus ſe pulſabant, nam cuncti ab æquatore circulos parallelos faciebant, quo debili auxilio beneficorum tranſacto, è vita ad Superos puella emigrauit.

BONATTA DE BONATIS SOROR AVCT.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 49 S	12. 41 A		
♃ 1. 20 A	9. 59 S		
♂ 7. 10 A	27. 46 A		
☉	19. 24 S	21 1	125. 59
♀ 1 7 S	7. 25 S		
☿ 0. 38 S	13. 7 S		
☽ 5. 16 S	20. 20 S		

EXPER. IX.


IVpiter in parallelo apparenti ſemper cum ☉ rectif cauit tempus, quod à dato diſcrepat mi. 23, vt recipiebat ambos maleficos ♂ per □. ♄ per declinationem. erat autem aliquantulum adiuctus à declin. ♀, ideo per tres menſes ſupra annum vnum vixit. Moritur morbo poſtularum proueniente ex corruptione ſanguinis, ideo ♃ fuit corruptus. ſicut in experimento 34. ſimiliter reperitur, præterea ☽ erat in ☍ ♄ in declin. ☉, & ☉ applicabat □ ♄, ea adhuc in ☍ ♂ commorabatur. ♀ recipiebat ⚹ ♄ licet debilem, erat tamen in △ ☽ ſaturniæ, & martialis per △ coſmicum; deflectit enim

illa

Digitized by Google

REVOLVTIO LETHALIS;

8. 29




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	
♄ 2. 6 S	5. 48 S		
♃ 0. 53 A	19. 33 S		
♂ 1. 7 S	17. 48 S		
☉	19. 24 S		
♀ 0. 28 S	22, 22 S		
☿ 2. 35 A	13. 59 S		
☽ 4. 52 A	7. 22 A		

illa ab 11. domo p. 17. 29, ♂ verò à 7: dom: p. 15. 24. tempore autem mortis erat in exquiſito △ ♂ in Zod: , ad quem , vnius diei horarumque 6. prò anno vno & tribus menſibus, ferrebatur. ♂ communicabat cum ♄ △ coſmico, diſtat (vt notaui) ♂ à 7. domo p. 15. 24, ♄ verò à 5. domo p. 14. 24. quid amplius?

In Reuolutione ☉ erat in ☌ ♂ declinabatque cum illo , & ✱ cum ☽ Saturnia per declinationem , erat etiam ☾ martialis , per ✱ coſmicum, deflectit enim ♂ ab 11. domo p. 14. 36, ☽ ab Oriente p. 14. 30. Similiter prò morbi ſignificatione ♃. oorrumpebatur à declinatione ♂ , & △ ☽ peſſima, principalis autem læſio prouenit à ♂ ob Sanguinis aduſtionem.

C Porrò

CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2. 6 S	1. 35 S		
♃ 0. 58 A	20. 12 S		
♂ 0. 5 S	5. 24 A		
☉	12. 38 A	13. 12	
♀ 0. 25 S	15. 49 A		
☿ 2. 17 A	20. 51 A		
● 2. 38 S	15. 11 A		


Porrò in Criſi, cuius hæc eſt operatio Arcus Radicis ſemino: eſt p. 4139, qui dat diſtantiam à 4. domo p. 2567. Arcus ſemin. Criſis eſt p. 6192, ergo dat diſtantiam ☉ ab Imo Cœli p. 3840, ſeù p. 80. 40, quibus additis loco Solis emergunt in imo, Cœli p. 23. 55. ♑.

Sol properabat ad parallelum rectum ♄. diſtat enim ♄ à Culm. p. 76. 59. ☉ verò ab imo p. 80. 40. ● erat in △ ♂, & in eius △ coſmico; qui præceſſit mortem. pariter ♃ à △ ♄ verberabatur, Solem verò non aſpiciebat Luna tantum à △ ♀ irradiabatur, ergo Fato ceſſit.

E X.

ELENA RVZENENTI VERON.

168. 27



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 33 S	1. 58 S		
♃ 0. 21 A	23. 18 S		
♂ 2. 41 A	1. 22 S		
☉	20. 39 S		110. 4
♀ 6. 39 A	16. 39 S		
☿ 5. 32 A	14. 28 S		
☽ 2. 41 A	22. 41 A		

E X P E R. X.

LVna in centro Orientis tempus ſignauit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat h. 1. min. 22. Nec quis propter hanc maximam mutationem, ſtatim contra me improbet, nam in hac natiuitate nullos coſmicos parallelos, ſeu eiuſdem naturæ aſpectus, accidunt, quibus nos accomodaſſe tempus exiſtimet, ut alij in ſuis directionibus horas tranſtulerunt.

Statim ergo puella moritur, & iure meritò, ſi cauſa impulſiua originis malefica fuit, deſtituta à beneficorum radijs, applicabat enim ✱ ♄, qui qualitate ♂ induebat per ☍, eiuſque declinationem. rurſus declinabat cum ♃ malefico, à □ ♄ martialis. præterea ☉ ✱ ♄ applicabat: Venus autem longe, & late à ☌ ☉ & ♃ ferrebatur,) quia per maximam latitudinem coniunctiones inefficaces redduntur.) Porrò ſicut cauſa ortus ☽ fuit in li-

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.19 S	5. 0 A		
♃ 0.23 S	1. 29 S		
♂ 0.54 S	1. 4 S		
☉	2. 9 S	2. 11	
♀ 0. 27 A	12. 27 A		
☿ 1.11 A	7. 32 A		
☽ 0.22 S	23. 53 S		

Criſis uerò hæc eſt operatio Arc: ſemid: Radicis eſt p. 6971, qui dat diſtantiam ☉ à m. c. p. 3214. Arc: Semid: Criſis eſt. p. 5531, ergo dat diſtantiam ☉ à m. c. p. 2550, ſeù p. 40. 30, quibus additis loco Solis proueniunt in Culmine p. 7. 8. ♒.

Sol igitur erat in ☌ ♂, & declinabat cum ♄, & cum ♂. ☽ momento mortis, (nam poſt aliquas criſis horas ſucceſſit) applicabat △ ♄, & ☿. malefici per eiuſdem ☌, ad oſtendendam ſuffocationem, quod genus mortis à Nutrice dormiente paſſus fuit. adde etiam Solem offenſum octauam Cœli, ſicut ☽ ſixtam peragraſſe, quæ ſituationes maleficæ, & morboſæ Aſtrologi conſtituerunt, propter vapores à Luminaribus eleuatos, ex eorum deſcenſu, & non rarefactos, propter ☉ occaſum.

DIRECTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2.21 S	14. 38 A		
♃ 1.13 S	2. 21 S		
♂ 0.27 S	7.26 A		
☉	1. 45 A	23. 46	
♀ 7. 55 A	1. 4 S		
☿ 1.30 A	0. 8 S		
● 4.56	17. 41 S		

ſtantiam Solis à 5. domo p. 2623. ſeù p. 43 43. quibus additis loco Solis proueniunt in domo 5. p. 18. ♏.

Sol ergo in parallelo obliquo apparente cum ♂ degebat. diſtat enim ☉ ab Oriente p. 67. 12, ♂ verò ab occaſu p. 70: 2, vnde platicè ſe tangebant, & ſic per ♂ parallelum recipebat etiam qualitatem ♄; nam malefici æqualiter quoque ab angulis obliquis diſtabant. elongatur ♂ ab Oriente p. 79: 58, ♄ ab occidente 76: 52. Inſuper ● recipiebat □ ♂, & △ ♄. ♀ maximam adhuc latitudinem pollebat, ideo declinationem ineficacem deſcribebat, immo à ✶ ♄, & ✶ ● malefica corumpebatur. ♃ pariter cum ☿

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 3 A	22. 16 S		
♃ 1. 21 A	13. 0 S		
♂ 0. 6 A	10. 30 A		
☉	5. 40 S		161. 51
♀ 2. 26 A	14. 31 A		
☿ 2. 9 A	6. 55 A		
● 0. 8 S	8. 38 A		


æqualiter ab angulo recto, cum ♂ parallelum deſcribebant; nam ♂ longefertur à linea I. c. p. 10. 40. ♃ p. 10: 28, ☿ p. 10: 52, prætereа ♃ manebat in □ coſmico ● maleficæ, diſtat illa ab Oriente p. 11. 16. ille verò ab imo vt ſupra.

Reuolutio eiuſdem anni peſſima exiſtebat, quipp. ● valide offendebatur à ♂, & declin: ♂, neque à beneficis iuvabatur,

☉ declinabat cum ☿ Saturnio per □ in Zod: & in Mundo, eleuatur ☿ à 12: domo p. 6. 41, ♄ deprimitur à 9. domo p. 4: 34.

Venus non erat in ☍ ♃, quia extra orbitam ſuæ actiuitatis circuibat; elongatur enim in longitudine, & latitudine ſimul p. 8. 54; declinabat tamen cum illo, ſed Luminaria non aſpiciebat, ſolum □ de △ platico iradiabat Solem, at etiam ⚹ ♄ recipiebat, & tangebat declinationem ♂.

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diſt. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 3 A	26. 16 S		
♃ 1. 23 A	13. 11 S		
♂ 0. 19 A	4. 27 A	2. 23	
☉	2. 20 A		
♀ 4. 13 A	22. 7 A		
☿ 3. 41 A	11. 29 A		
☽ 4. 53 A	15. 6 S		

Criſis hæc eſt operatio. Arcus. Semin: Radicis eſt vt ſupra, qui dat diſtantiam à 5. domo ſupradictam. Arcus Semin: Criſis eſt p. 52 43. ergo dat diſtantiam Solis à 5. domo p. 25. 39. ſeu p. 42. 19, qui 6. additis loco Solis eueniunt in 5. domo p. 18. 10. ♋.

Sol igitur applicabat ☌ ♂, paralleloque declin: eiuſdem, & □ ♄. item parallelo recto, diſtat ♂ ab imo Cœli p. 3. 42, ☉ ab cad: linea p. 1. 10. Venus corrumpebatur à declinatione ♄, qui qualitatem ♂ recipiebat ex □. ☽ erat in □ coſmico ♂ Saturnij. deprimitur illa ab Aſcend: p. 4. 23. ♂ ab imo vt ſupra; ideo declinatio ſola ♃ non potuit ſufficere. Prius itaque nobilis hic iuvenis correptus fuit morbo diuturno, ex tranſacto △ ☽ cum ♄ in directione, poſtea accuta perturbatione extinctus, ex ſuccedenti □ ☉ cum ♂. In Reuolutione pariter ex ☌ ☽ cum ♂; In Criſi tandem ea-

D dem

ELENA RVZENENTA VERON.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 23 A	20. 44 A		
♃ 1. 27 A	10. 50 S		
♂ 0. 44 S	24. 15 S		
☉	22. 32 S	25. 0	
♀ 1 46 A	20. 19 S		
☿ 1, 17 S	24. 10 S		
☽ 3. 10 A	22. 31 A		


dem ☽ ex præcedenti ☌ cum ♄. ad □ coſmicum poſtea ♂ accedens, & applicatione ✶ eiuſdem: in quo fuit ☽ tempore mortis, quæ ſucceſſit quibuſdam horis poſt criſim. Quantum ergo cauſæ inter ſe nexû colligantur, quiſque clarè videt.

EXPERIM. XIII.

IVpiter in parallelo recto apparenti cum ☉ tempus correxit, quod à dato diſcrepat m. 53. fuit enim planeta beneficus, ſed quia △ ♄ applicabat, non potuit infantula longiori vita frui. præterea Sol inter maleficorum declinationes affligebatur, ☿ erat ♂ coniunctus, & in eius declinatione ☽ tamen quia erat in decl. ♃ vixit per tempus adnotatum. erat tamen etiam ☽ oſtenſa à declinatione maleficorum, & □ ☿ in angulo vitæ conſtituta.

Dire-

DIRECTIO LETHALIS:




Lat. Plan.		Declin.		Diff. Aſc.	
♄ 1. 23	A	20. 44	A		
♃ 1. 27	A	10. 50	S		
♂ 0. 44	S	24. 15	S	25. 0	
☉		22. 35	S		
♀ 1. 46	A	20. 19	S		
☿ 1. 17	S	24. 10	S		
● 3. 10	A	22. 31	A		

Directionis hæc eſt operatio. Arcus ſemid: Radicis eſt p. 6973, qui dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 4117. Arcus Semid. directionis eſt p. 6900, ergo dat diſtantiam ☉ à 9: domo p. 4074, ſeù p. 62. 54, quibus demptis à loco Solis proueniunt in 9: domo p. 13. 24. ♉.

Sol igitur magis ♄ acceſſit, & ☍, in ☌ ☿ qui declinabat exquiſitè cum ♂ ● cū ambobus maleficis declinabat, & erat in △ coſmico cum ♂, diſtat enim illa à 7. domo p. 25: 23, ♂ vero ab 11: domo p. 25. 27, ad accutum ſignificandum morbum, ſicut ☌ platica ☿ cum ♂ declinatioque eorum idem prænunciabat. ♃ affligebatur à □ ♄, & ✶ ♂. ♀ Luminaria non irradiabat, immo ab exquiſita declinatione ♄ lædebatur: vnde cum Luminaria, & præcipue ☉ beneficos nullo modo videret, non potuit puerula exitiali-

D 2 bus

REVOLVTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 32 A	21. 15 S		
♃ 1. 19 A	0. 19 A		
♂ 0.36 A	17. 22 S		
☉	23. 25 S		95. 58
♀ 3 11 A	14. 41 S		
☿ 4. 15 A	18. 56 S		
☽ 3. 19 A	3. 38 A		

bus cauſis reſiſtere, accutiſſimo morbo mortua fuit, propter ☿ martialem cum ☉ & △ mundano ☽ cum ♂, vt dixi. conſtellatio fuit in quarta aerea ſeù ſanguinea in Mundo, & in principio Colericæ in Zodiaco.

Licet autem Reuolutio non extitiſſet tam malefica, vt directio; attamen quoniam Reuolutionis vires ſuperat Directio, vt potior primaque in agendo cauſa, ideo factum fuit, non potuiſſe adiuvare vitam. Exactè tamen morbus accutus agnoſcitur, cù ex eadêm cauſa prouerıat, ſicut in Directione; nempe ex ☿ Martiali ex declinatione, & cum ☉ copulato, qui ☉ recipiebat declinationem ♄, & cum ſolum à □ ♃ aſpiceretur, ſicut ☽ ex ☍, non potuit ſolus adiuvare. ☽ verò offendebatur à □ ♀ maleficı. ♀ non

com-

FERDINANDVS VENCE. ARCH. AVSTRIÆ.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0.29 A	21. 36 A		
♃ 1.44 A	11. 3 S		
♂ 1.30 S	14. 28 S		
☉	2. 17 A	2. 34	185. 14
♀ 1.33 S	4. 42 S		
☿ 0. 29 S	4. 38 S		
☽ 5. 2 A	16. 35 A		


communicabat cum ♃, immo ♂ erat copulata. *Dies mortis ignoratur;* ergo Criſis non ponitur.

EXPERIM. XIV.

IVpiter in parallelo recto cum ☉ tempus correxit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat. per minuta 22, ſed ambas qualitates, maleficas habebat Saturninam ex △ coſmico, recedebat enim ille à Culmine p. 3. 51. ♄ verò à 6. domo p. 6. 25, qualitatem ♂ à ✶ ☽ platico Martiali quæ, eſt in eius ☍. Sol erat in □ coſmico cum ♄, longe fertur ☉ à 3. domo p. 7. 56. ♄ à 6. domo vt ſupra. & magis ad partilitatem tem pore mortis accedebat. Inſuper ♀ corrumpebatur à △ ♄, & properabat ad eius partilem aſpectum.

Criſis

CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 0.29 A	19. 59 A		
♃ 1. 11 A	9. 2 S		
♂ 1. 52 S	0. 9 A		
☉	21. 36 A	26. 27	
♀ 1. 39 A	20. 42 A		
☿ 3. 16 S	20. 47 A		
☽ 2. 56 A	24. 52 A		


Criſis hæc eſt operatio. Arcus Semin: Radicis eſt p. 5554, qui dat Solis diſtantiam à domo 5. p. 2196, Arcus Semin: Criſis eſt p. 6987, ergo dat diſtantiam Solis à 5. domo p. 2762, ſeù p. 46. 2; quibus additis loco Solis Criſis proueniunt, in 5. domo p. 8. 46. ♓.

Sol declinabat cum ♄, & erat in □ ♂, qui Orientis angulum poſſidebat.

♃ maleficus in angulo Occidentis ex magnis inimicitijs mortem ferè violentam minabat. quippe quod erat in ☍ ♂ Saturnij, quia ♄ faciebat □ coſmicum cum ambobus dum omnes per centra Cardinum rotabantur.

♀ peſſima ♄ Martiali copulabatur in declinatione ☿, qui □ coſmicum cum ♂ deſcribebat, diſtat ♂ à 12: Cœli p. 13. 17. ☿ a 3. domo p. 10 7. ☽ tempore mortis fortaſſe inter □ ♂, & ♃ corrupti reperiebatur atque in Solis congreſſu. quoniam Criſis antecedit horas mortis.

MARIA ELISABETTA FERRA PAT.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.22 A	0. 5 A		
♃ 1.49 S	4. 1 A		
♂ 1.27 S	23. 42 S		
☉	2. 4 S	2. 6	4. 44
♀ 1.47 S	19. 27 S		
☿ 2. 6 A	4. 4 A		
● 5.16 S	28. 47 S		

EXPERIM. XV.

MErcurius cauſa Originis impulſiua tempus corripuit, quod à dato diſcrepat min. 29. ſed fuit maleficus, quia eodem temporis momento erat in parallelo Recto cum ♄ & licet declinationem ♃ reciperet, nihil ab illo auxiliabatur, quoniam ambas maleficorum qualitates aſſumebat, ♂ per △, ♄ per ☍. Sol à partilli ☌ ♄ affligebatur, & eiuſdem declinatione. vixit tamen per tempus adnotatum, nam ● non reperiebatur offenſa; & quia ☿ cauſa Originis ✶ ♀ recipiebat, licet multum debiliter, & à longe. Directionis igitur hæc eſt operatio. Arcus Semin: Radicis eſt p. 5274; qui dat diſtantiam ☉ à 12:domo p.3229, Arcus Semin: Directionis eſt p.5143. ergo dat diſtantiam ☉ à 12. domo p. 3149, ſeu p. 52. 29, quibus à loco So-

lis

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2.22 A	0. 36 A		
♃ 1. 49 S	3. 44 A		
♂ 1. 17 S	23. 54 S		
☉	4. 12 S	4. 17	
♀ 2. 10 S	21. 11 S		
☿ 1. 36 A	0. 34 S		
☽ 1. 54 S	18. 18 S		


Iis directionis detractis, prouenient p. 18. 7. prò domo 12. ♒.

Cauſa igitur impulſiua ſcilicet ☿ copulabatur ♄, & declinabat cum illo; præterea ambo ſic coniuncti ✶ ♂ aſſumebant in Mundo: diſtat enim ☿ ab Aſcend. p. 4. 0; ♄ p. 3. 15, ♂ verò à 3. domo p. 3. 47.

Sol affligebatur, à ✶ ♂ Saturnij, & ☍, & declinatione ♃ peſſimi, quia æqualiter cum ♄ ab angulis obliquis diſtabat, aberat ergo ♄ ab ortu p. 3. 5. ♃ ab occasù p. 5. 30, & aſſumebat △ ♂.

☽ □ ♂ applicabat, & erat in eius △ coſmico, ſuperat enim illa 6. domum p. 17. 23, ♂ à 2. domo p. 19. 39. ♀ nihil faciebat, immò cum ♂ declinabat; quid igitur clarius?

REVOLVTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 2 A	16. 31 S		
♃ 0.39 A	16. 7 A		
♂ 2.27 S	26. 40 S		
☉	2. 4 S		
♀ 1 14 A	9. 5 A		
☿ 0. 31 S	16. 16 S		
☾ 1. 15 S	22. 3 A		

Portò in Reuolutione, pariter ☿ (quod eſt mirabile) in eadem quarta mundi copulabatur ♄, & cum eodem declinabat. rurſus ✶ ♂ tam in mundo, quam in Zodiaco recipiebat, diſtat enim ☿ ab Aſcend: p. 14. 33. ♂ verò à 3. domo p. 11. 2. ☉ ſimiliter læſionem ♂ per □ patiebatur. ♀ grauiter à △ ♂, & ✶ ☿ malefici paralleloque recto ♄ ſauciabatur; diſtat ♀ à Culmine p. 55. 58, ♄ verò ab imo p. 51: 13. benefici nullo pacto iuuabant. & licet ☾ ♃ ✶ reciperet, attamen, æqualem cum ♄ ab æquatore circulum rotabat.

Criſis hæc eſt operatio. Arcus ſemin: Radicis eſt ut ſupra, qui dat diſtantiam ☉ à tertia domo p. 4101, Arcus ſemin: Criſis eſt p. 6731, ergo dat diſtantiam

CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 8 A	19. 24 S		
♃ 1. 5 A	15. 44 A		
♂ 0. 24 A	21. 45 A		
☉	20. 21 A	22. 11	
♀ 1. 56 A	25. 14 A		
☿ 2. 27 S	12. 48 A		
● 2. 39 A	11. 38 S		

ſtan iam ☉ à 3. domo p. 5234, ſeù p. 87. 14, quibus additis loco Solis emergunt in linea 3: domus p. 27. 49. ♒.


Sol ergo coniungebatur ♂, & properabat ☍ ♄, cui ♂ erat planè oppoſitus. ♃ oppreſſus erat à △ coſmico ♄. diſtat ♃ à 3. domo p. 7. 18. ♄ ab occaſu p. 6. 18. & ✱ coſmico ♂, eleuatur ♂ ab oriente p. 7. 4. ♃ à 3: ut ſupra. ● à △ ♃ offenſi lædebatur.

EXPERIM. XVI.

IVpiter in parallelo Recto cum ☉ apparenti tempus correxit, quod ab æſtimatiuo differt min: 38, qui aliquam læſionem à declinatione ● accipiebat, quæ in □ ♄ erat, & ☍ ☉, vixit tamen per decem annos, quoniam cauſa

omninò

MARINVS DE CABALIS NOB. VER.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. &c.
♄ 2. 37 A	1. 36 S		
♃ 1. 23 S	15. 18 A		
♂ 0. 12 A	23. 27 A		
⊕	19. 32 A	21. 11	305. 28
♀ 0 9 S	22. 53 A		
☿ 2. 51 S	20. 8 A		
☽ 0. 41 A	16. 37 S		

omninò malefica non fuit, cum ☿ etiam ✱ reciperet: ♀ tamen declinabat cum ♂, & erat in □ ♄. Ad oſtendendum vero morbum Epylepſiæ, ſeu ſpirituum concutionem, quo poſt morbum ex febri ardenti cauſatum mortuus fuit. ☿ erat validè à frigido ♄ ex □ offenſus. (ſicut reperitur in exemplo ſeptimo Camillæ Quagliatæ) inter quartam humidam, & terream, in ☌ ♀ humidæ; à ♄ (ut dixi) pariter pulſatæ. Erat autem hic Puer eximiæ ſpei, & ingenii, propter ☌ ♀ & ☿, & declinationem ♀ cum ♂, orientales à Sole, quæ conſtellatio excellentiam intellectus promittebat, niſi inuida mors, à viuis abripuiſſet.

Directionis ergo hæc eſt operatio. Arcus ſemino: Radicis eſt p. 6671, qui dat

E 2 diſtan-

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2. 34 A	1. 36 S		
♃ 1. 22 S	15. 37 A		
♂ 0. 21 A	23. 52 A		
☉	17. 2 A	18. 10	
♀ 0. 20 A	21. 46 A		
☿ 0. 54 S	21. 31 A		
☽ 3. 9 A	26. 37 A		


diſtantiam ☉ à 7. domo p. 3123. Arcus ſemin. Directionis eſt p. 6490, ergo dat diſtantiam ☉ à 7. domo p. 3038, ſeù p. 50. 38, quibus additis loco ☉ directionis, emergunt in occiduo Cardine p. 3. 24 ♈.

Sol .gitur ✱ ♄ perfecit, ☽ ex ☍ Martis properabat ad □ ♄, quoniam prius f. bre ardenti laborauit, ♀ erat offenſa à declinatione ♂, & coſmico ✱ ♄, diſtat ♀ à 5. domo p. 17. 32, ♄ verò ab 8. domo p. 16. 8, & ſic valide ☿ ☌, & partilli declinatione pulſabat, ad ſignificandum morbum Epylepſiæ, ex qualitate frigida à ♄, & humida, à ♀ prouenientem.

♃ lus ſuo □ platico cum ☉, non potuit contra tot maleficentias iuvare, ..a etiam nullo pacto ☽ aſpiciebat.

..erda in Revolutione ☉ erat offenſus à ♂ Saturnio per ☍, parallelo obli-

REVOLVTIO LETHALIS.




Lat. Plan.		Declin.		Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄	1.30 S	12. 4	S		
♃	1.24 S	4. 51	S		
♂	0.50 A	3. 10	A		
☉	. . . .	19. 32	A		
♀	1. 30 A	16. 33	A		
☿	2. 3 A	20. 43	A		
●	4.56 A	3. 57	A		

quo, diſtat enim ☉ ab oriente p. 19. 9, ♂ ab eodem angulo p. 18. 37, & ſic ☿ à ☉ malefico ☌, & declinatione remanebat offenſus. ♃ corrumpebatur à declin: & ☍ ♂ Saturnij, pariter ● lædebatur à ♂ declinatione, prò morbo accuto ſignificando.

Demum Criſis hæc eſt operatio. Arcus Radicis eſt ut ſupra, qui dat eamdem à 2. domo diſtantiam, Arcus ſemin: Criſis eſt p. 4272, ergo dat diſtantiam à domo 7. p. 2000, ſeu p. 33:20, quibus additis loco Solis proueniunt in cardine occiduo p. 22. 16. ♊.

Sol ergo declinabat cum ♂ Saturnio propter eius □, & erat in □ coſmico ♄, diſtat enim ☉ à 6. domo p. 11. 42: ♄ à 3. domo p. 14: 25, ☿ ſimiliter erat offenſus, in quarta mundi humida, à coſmico □ ♄, diſtat ♄ à 3. do-

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	
♄ 1. 31 S	11. 2 A		
♃ 1. 26 S	8. 18 S		
♂ 0. 2 S	20. 14 S		
☉	17. 31 S	18. 14	
♀ 2. 8 S	25. 39 S		
☿ 0. 38 A	16. 15 S		
☾ 4. 10 A	9. 3 A		

mo p. 14. 23, ☿ à 6. domo p. 13: 58, totum ad ſignificandam Epylepſiam; ♀ corrumpebatur à ⚹ coſmico ☉ offenſi, elleuatur illa à 7. domo p. 6. 20, ☉ vero à 5. domo p. 7. 1.

☾ licet haberet ☍ ♃, attamen erat in exquiſito ⚹ ☿ peſſimi, & ☉ offenſi, tum in Zodiaco tum in mundo, diſtat ☿ à 5. domo p. 5. 45, ☾ à 3. domo p. 4. 8; properabat etiam ad ⚹ ♂, & declinationem ♄, vnde ſolus ♃ non valuit ſeruire, immo etiam ille pulſabatur, à □ coſmico ♂ Saturnij, deprimitur ♃ à 9. domo p. 0. 26, ♂ à 6. domo p. 0. 44, quid igitur Clarius?

BARTHOLOMÆVS RVZENENTVS VER.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.43 A	2. 44 S		
♃ 1.14 S	15. 18 A		
♂ 0.17 A	15. 48 A		
☉ 0.20 A	22. 49 A	25. 23	284. 57
♀ 0. 45 A	23. 33 A		
☿ 0. 45 A	14. 37 A		
☽ 3. 4 A	26. 35 A		

EXPERIM. XVII.

SAturnus cauſa malefica tempus corripuit, in parallelo recto cum ☉, quod à putatiuo diſcrepat H. 1. m. 7. Saturnus igitur per hunc parallelum, & □ ☉ pulſabat.

☽ erat in □ coſmico ♄. diſtat enim illa à domo 3. p. 14. 21 ♄ à 6. domo p. 12, 9. ♀ non potuit adiuvare, quia ab exquiſito □ ♄ pulſabatur, qui ♄. etiam qualitatem, ♂ recipiebat ex □ coſmico aberrat ♂ à 2. domo p. 8. 48, ♄ à 5: domo p. 10. 44, & ſic ambas qualitates maleficas per aſpectus ſupradictos Luminaria recipiebant. At ♃ in aſcendente in ✶ ☉ potuit per aliquotidies, & menſes vitam ſouere, ſed cauſa originis maleficentiſſima puerulum è viuis abripuit.

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 50 A	7. 56 S		
♃ 1. 5 A	14. 17 A		
♂ 2. 55 A	13. 38 S		
☉	14. 27 S	14. 6	
♀ 1. 11 S	4. 31 S		
☿ 1. 46 A	2. 45. S		
☾ 0. 21 A	21. 22 A		

Criſis autem hæc eſt operatio. Arcus ſemino: Radicis eſt p. 6923, qui dat diſtantiam ☉ ab Aſcend. p. 3565. Arcus ſemin: Criſis eſt 4554, ergo dat diſtantiam ſolis ab Aſcendente p. 2346, ſeù p. 39. 6, quibus demptis à loco ☉ emergunt in orientis linea p. 12. 13. ♋.

Tunc itaque tempore ☉ erat in □ coſmico ♂, diſtat enim ♂ ab 11: domo p. 18. 5, ☉ verò à 2. domo p. 17. 43, applicabat enim △ ♄; unde licet ♃ qualitatem ♂ ex ☍ infringeret, illam ♄ non poterat etiam ſolus abſtulere.

☾ ad partillem □ ♄ properabat, unde ♀ ſuo △ ad illam non potuit malignitatem maioris infortunij ſuperare. tranſiuit etiam paulo ante mortis momentum ipſa ☾ parallelum rectum ♂, qua hora fortaſſe, extinctus fuit, quoniam circiter hora Radicis ad ſuperos euolauit, diſtat ☾ à Culm. p. 50. 43. ♂ ab eodem angulo p. 56. 43.

BARTHOLOMÆVS IL RVZENEN. VER.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.17 A	9. 22 S		
♃ 0.40 S	22. 15 A		
♂ 1.47 S	25. 18 S		
☉	8. 2 S	8. 15	18. 56
♀ 1. 11 S	8. 51 A		
☿ 2. 52 S	14. 33 S		
☽ 4. 58 A	13. 42 A		


EXPERIM. XVIII.

IVpiter apparenter in occaſu cauſa impulſiua originis fuit, ſed peſſimus, erat autem in ☍ ♂, eiuſque declinatione, qui ♂ natura ♄ induebat per exquiſitum ✶.

Sol erat ☌ ♄ martiali; ☽ pariter in ☍ ♄, & △ ♂ degebat, & licet ♀ ☉ aſpiceret ex declinatione, attamen, illa in declinatione ♄ ſtabat, & □ coſmico ♂, aberrat ♂ à 2. domo p. 13. 46, ♀ ab 11. domo p. 14. 34.

CRISIS LETHALIS.

323. 50



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄			
♃			
♂			
☉	8. 23 S	8. 38	
♀			
☿			
☽ 4. 37 A	18. 47 A		


In Criſi diei ſequentis, qui præceſſit mortem, ferè ſimiles cauſæ permanebant, uiciniuſque ☉ declinationem ♄ martialis petebat, Lunaque in centro 6. domus tranſiuit ☍ ♄, & ☿ malefici, qui copulabatur ♄, cum ferè omnes Puerulli per ſpirituum ſuffocationem, ſeu morbo epylepſiæ moriantur. operationem huius criſis non poſui, quoniam differentia Arcuum ſemidurnorum unius diei eſt minima, & inſenſibilis.

E X.

Digitized by Google

CÆCILIA QVAGLIATA.

292. 8




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ♒
♄ 2.46 A	11. 39 S		
♃ 0.11 S	22. 58 A		
♂ 0.14 S	13. 30 A		
☼	14. 59 A	15. 48	217. 55
♀ 1. 1 S	12. 34 A		
☿ 1. 17 A	21. 17 A		
☽ 4. 3 S	19. 2 S		

EXPERIM. XIX.

SOl in centro occaſus tempus ſignauit, quod à dato diſcrepat min. 2, erat autem ♂ coniunctus, ac altero malefico oppoſitus, habebat etiam eo momento præſentiam, ac declinationem ♀. Aſt quoniam grauiter offendebatur, per paucos annos puella uixit. Surda, & muta ab utero orta, propter maleficorum ☍ in angulis Luminaria lædentium. uixit ut dixi per aliquot infantiæ annos quoniam Luna ad declinationem ♃ ferrebatur.

DIRECTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 44 A	11. 31 S		
♃ 0. 10 S	23. 4 A		
♂ 0. 10 S	15. 41 A		
☼	17. 2 A	8. 22	
♀ 0. 37 S	15. 50 A		
☿ 2. 19 A	23. 14 A		
☽ 3. 10 A	13. 44 S		

Succeſſit ergo exitialis directio, cuius hæc eſt operatio: Arcus ſemid. Radicis eſt p. 4452, qui dat diſtantiam ☼ à 9. domo p. 3248, Arcus ſemid: directionis eſt p. 4298, ergo dat diſtantiam ☼ à 9. domo p. 3135, ſeu p. 52. 15, quibus additis loco ☼ proueniunt in 9. domo p. 12. 3. ♑.

☽ ad declinationem ♄ peruenit ac ad □ ♂, & ſic corrupta ſolem duplici aſpectu pulſabat, □ in Zodiaco, & ✱ in mundo, aberrat illa à 5. cœli p. 5: 20, ☼ ab occaſu p. 5. 15.

Sol

REVOLVTIO LETHALIS:



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 41 S	15. 46 S		
♃ 0. 43 S	15. 51 S		
♂ 1. 33 S	8. 54 S		
☉	14. 59 M		
♀ 2. 56 A	26. 32 A		
☿ 2. 17 A	22. 27 A		
☽ 4. 44 S	17. 11 A		


Sol adhuc opponebatur ♄, ac copulabatur ♂, & erat in eius declinatione ☽; unde facta eſt læthalis directio, ſicut prædixi. Adde fuiſſe ☿ in paralello obliquo cum ♄, eleuatur ♄ ab Aſcendente p. 15. 25. ☿ ab occaſu p. 14. 20.

Præterea in Reuolutione, ☉ ⚹ ♂, & ♄ declinationem recipiebat, & ſic ♃ corrumpebatur à ♂, & declinatione ♄, ac & illa ☉ martialis.

☽ declinabat pariter cum ♄, ac ad ♂ □ properabat. Naturæ igitur ceſſit.

Digitized by Google

MARGARITA SEMINATA PAT.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ob.
♄ 2. 10 A	13. 55 S		
♃ 0. 7 A	21. 55 A		
♂ 1.22 A	6. 35 A		
☉	12.52 S	13. 27	
♀ 1 30 S	23. 32 S		
☿ 2. 32 A	0. 26 S		
☽ 4. 30 A	7. 23 S		

EXPERIM. XX.

IVpiter in centro occidentis tempus correxit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat min. 1, tantum, ſed maleficus fuit quia recipiebat ✶ ♂, qui induebatur natura ♄ per ✶, Rurſus ☉ deſcribebat parallelum declinationis ♄ martialis, & applicabat eiuſdem ☌,

☽ erat in declinatione ♂, neque ♀ poterat ſubſtinere cauſam impulſiuam ♃, ſola platica, ac diſiuncta declinatione, cum ab aſpectibus luminarium occul-

CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	
♄ 2.10 A	15. 1 A		
♃			
♂			
☉	14. 10 A	14. 54	
♀ 1.41 S	24 20 S		
☿			
☽ 4.16 A	14. 32 A		


occultaretur. unde nil mirum, ſi poſt quatuor à nativitate dies criſis facta fuit lethalis, cuius hæc eſt operatio.

Arcus ſemidiurnus Radicis eſt p. 6207, qui dat diſtantiam ☉ à 12. domo p. 2897, Arcus ſemid. criſis eſt p. 6294, ergo dat diſtantiam ☉ à 12. domo p. 2938, ſeu p. 48. 58, quibus additis loco ſolis criſis emergunt p. 26. 45. ♊ in linea domus 12.

Sol igitur magis acceſſit ♂, & declinationi ♄. ☽ tam ♄ quam ☉ parallelum in æquatore, tangebat. ♃ adhuc corrumpebatur ab exquiſito ⚹ ♂, & △ coſmico platicè ♄, diſtat enim ♄ ab 11. domo p. 0. 52. ♃ à 7. domo p. 3. 24, recipiebat etiam □ ☽ ſaturniæ.

E X.

ISABELLA DE LVPIS PATAV.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R
♄ 2.19 A	16. 8 S		
♃ 0.14 A	22. 22 A		
♂ 1.25 A	12. 23 S		
☉	23. 16 S	25. 58	98. 53
♀ 1.17 S	14. 31 S		
☿ 1. 6 S	20. 40 S		
☽ 4. 50 S	8. 1 A		

EXPERIM. XXI.

Succeſſit Criſis cuius hæc eſt operatio: Arcus Radicis eſt ut ſupra, qui dat eandem diſtantiam ☉ ab oroſcopo. Arcus ſemin. Criſis eſt p. 4561, ergo dat diſtantiam ☉ ab oroſcopo p. 3519. ſeu p. 58. 39, quibus demptis à loco ☉ emergunt in aſcendente p. 26. 0 ♊. Similiter hic ☿ erat in declin. ☉ & △ ♄, & ſic aſſiciebat Luminare qualitate ſaturnina. ♃ in declinatione ♂, qui Marte, ut benè videtur ♄, & exquiſitè deſcribebat parallelum apparentem ab angulo obliquo cum eo. ♂ diſtat ab oroſcopo p. 78. 16, ♄ ab eodem angulo p. 78. 46. & ſic intendebat inter ſe malignitates. ☽ in declinatione, & ☍ ♄, neque ♀ ſolo □ coſmico non poterat eam defendere, communicabat etiam de □ cum ♃, attamen maleſici potentioribus aſpecibus

SIGISMVNDVS NOB. PAT. EQ. HIEROS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 38 S	20. 49 S		
♃ 0. 32 S	22. 21 S		
♂ 2. 44 S	9. 46 A		
☉	14. 12 A	14. 56	324. 28
♀ 1. 47 A	18. 15 A		
☿ 2. 14 A	18. 30 A		
☽ 4. 39 A	18. 21 S		

ctibus, (præcedentibus Directionibus lethalibus) vincebant.

EXPERIM. V.

Iupiter in parallelo recto cum ☉ tempus correxit, quod ab æſtimatiuo differt per min. 4. exiſtit cauſa benefica, quia licet videbatur coniunctus cũ ♄, attamen ei validiſſime reſiſtit, eo magis, quod ♀ irorabat ☽ exquiſita declinatione, illaque defluebat in ♃. adde ☿ fuiſſe beneficum duplici radio, ♀ ♂, & declinatione. ♂ verò non communicabat cum Luminaribus, niſi cum ♄ de △ platico. ſed cum potentiores qualitates beneficorum fuiſſent reſpectu ſuorum radiorum vibratione, cum Luminaribus, ideo vixit. Tandem Directiones infauſtæ ſuperuenere, quorum hæc eſt operatio Arcus

DIRECTIO LETHALIS:




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R
♄ 0.37 S	21. 10 S		
♃ 0.36 S	22. 32 S		
♂ 0.28 A	23. 36 A		
☼	8. 16 S	8. 31	
♀ 0. 13 S	12. 43 S		
☿ 1. 3 S	4. 16 S		
☽ 4. 14 A	4. 59 S		

ſemino. Radicis eſt p. 6290, qui dat diſtantiam ☼ à 6. domo p. 2754; Arcus ſemin. Directionis eſt p. 4889, ergo dat diſtantiam ☼ à 6. domo p. 2146, ſeu p. 35. 46, quibus additis loco ☼ proueniunt in 6. domo p. 26. 21 ♉.

Iupiter reperiebatur corruptus inter maleficorum declinationem. item in ☌ ♄, & ſic peſſima qualitate inductus pulſabat ☼ de partilliſſimo □ Rurſus ☼ erat in □ coſmico ♂, decurrebat enim ☼ à 5. domo p. 16. 31. ♂ verò à 2. domo p. 15. 31.

☽ pariter à △ ♂ lædebatur, ideo morbo acuto extinctus fuit, propter læſionem ♂ coſmicum cum ☼, & ☽ cum illo, & ob ſanguinis inflammationem ex ♃ à maleficis pulſato.

REVOLVTIO LETHALIS;



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 0. 19 S	20. 13 S		
♃ 0. 18 S	23. 20 S		
♂ 0. 59 A	8. 29 A		
☉	14. 12 A		324. 28
♀ 0. 38 A	20. 44 A		
☿ 1. 57 A	19. 17 A		
☽ 1. 35 A	4. 36 A		

Similiter in Reuolutione ♃ non erat bonus cum à ♂ □ pulſaretur, ac ♄ declinatione, & ſic utpote in directione △ coſmico ☽ offendebat, recedit enim ♃ ab Imo Cœli p. 11. 43. ☉ verò à 12. domo p. 12. 22; ☽ pariter habebat □ coſmicum eiuſdem peſſimi ♃, diſtat illa ab Aſcend. p. 5. 16, ♃ verò à 5. domo p. 4. 36. ♀ peſſima opponebatur ♄, & æqualiter ab æquatore diſtabat cum illo, & cum ☿.

Criſis hæc eſt operatio. Arcus ſemino: Radicis eſt ut ſupra qui dat diſtantiam Solis à 6. domo ut ſupra. Arcus Semino: Criſis eſt p. 5505, ergo dat diſtantiam ☉ à 6. domo p. 2010, ſeù p. 40. 10, quibus additis loco Solis emergunt in 6. domo p. 5. 53. ♉.

CRISIS LETHALIS.

165. 49



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0.22 S	20. 35 S		
♃ 0.21 S	23. 25 S		
♂ 0.39 A	1. 28 S		
☉	1. 43 A	1. 45	
♀ 1.25 A	6. 37 A		
☿ 1. 9 A	5. 35 S		
☽ 4. 50 A	16. 45 S		


Similiter ♃ obſidebatur à maleficis à ♄ declinatione, ut in præcedentibus periodis apparet: & à ♂ □, & ☿.

Præterea ☉ verberabatur à ♂ declinatione, & △ ♄, neque ♀ poterat nullo pacto adiuvare, quia non coniuncta. ☽ licet reciperet □ ♀, eodem temporis momentō etiam deſcribebat □ cum ☿ martiali, & □ coſmicum cum ♂, recedit enim ☽ ab 8. domo p. 7. 8, ♂ verò à 5. domo p. 8.55. ad oſtendendum morbum acutum, qui potiſſimum à ♂ & ☽ progrediebatur.

Tempore autem mortis ☽ defluxit à □ ♀, & ferrebatur ad declinationem ♄. decurrebat enim tunc temporis p. 29. 35. ♊, unde paulo ſupra centrum octauæ.

E X-

FRANCISCVS BERTOLINVS VERON.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 2. 35 S	0. 16		
♃ 0. 26 S	23. 5 A		
♂ 2. 18 S	25. 28 S		
☉	16. 0 S	16. 54	41. 10
♀ 1. 50 S	24. 46 S		
☿ 0. 21 S	16. 54 S		
☾ 4. 44 A	12. 18 S		


EXPER. VI.

LVna in parallelo recto cum ☉ tempus correxit, quod à dato diſcrepat min. 9. Luminaria inter ſe coniuncta validiſſimè à beneficis non fouebantur, ſolum platicum, à ♃ △ recipiebat. Aſt quia quoque ille maleficorum radios, ♄ □, ♂ ☍ aſſumebat vitam longam non promittebant, morbificamque ex ſanguinis aduſtione qualitatem ſignificabant; tunc temporis ♃ erat ſatis defenſus à ♀ declinatione, & ſicut ♃ ♄ ex[illegible] reprimebat, ità ♂ moderabatur à ♀ declinatione fulcita ab illa ♃, ideoque in infantia extinctus haud fuit.

Directionum hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt p. 6414, qui dat diſtantiam

Digitized by Google


DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.45 S	0. 12 A		
♃ 0.19 S	23. 12 A		
♂ 1.27 S	18. 25 S		
☉	23. 31 S	26. 19	
♀ 1.58 S	18. 53 S		
☿ 0.42 A	21. 57 S		
☾ 1. 19 A	19. 44 A		

ſtantiam ☉ à 6. domo p. 1895. Arcus ſemid. Directionis eſt p. 6979, ergo dat diſtantiam ☉ à 6. domo p. 2047, ſeu p. 64. 48, quibus demptis à loco ☉ proueniunt in 6. domo p. 24. 44 ♉. Moritur ardentiſſima febre humidum radicalem abſorbente, uſque ad ſanguinis putredinem. ● & ♀, qui planetæ humidum radicalem ſignificant, potentiſſimè à cauſis exicantibus offendebantur. quippe ♂ ☌ partilliter tam in longum, quam in latum & declina[illegible]ne ♀ oprimebat, Lunaque pariter ☍, & declinatione; inſuper ♄ natura ſua conſtipante de △ ● accedebat. hinc ☿ qui aduſtionem ſuam acutam a ✶ ♂, parallelo recto in ● vibrabat, nam illa recedit à 4. domo p. 64. 18, ☿ ab eodem linea p. 62. 54, qui ☿, hæc omnia in Solem declinatione transferrebat.

REVOLVTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.17 A	10. 20 S		
♃ 0.44 S	22. 12 S		
♂ 1.35 S	24. 33 A		
☉	16. 0 S		41. 10
♀ 1.43 A	2. 20 A		
☿ 2.26 A	6. 3 S		
● 3.32 A	8. 14 S		

Porrò ipſe ☉ degebat in □ coſmico ♄, declinat etiam à 6. domo p. 34. 7. ♄ verò à 9. domo p. 34. 17, neque ſola ☍ ♃ poterat auxiliari: tum quia ● validiſſimè oſtenſam non aſpiciebat, tum quia etiam ille □ coſmicum cum ♄ deſcribebat, aberrat enim à 12. domo p. 33. 33, ♄ à 9. domo ut ſupra. Quid agitur ſi tot repetitis, & inexplicatis radijs humanum corpus ceſſerit.

Præterea in Reuolutione ♂ augebat aduſtionem per ✶ in ☉, ſolque adhuc in ☌ ♄. Lunaque applicabat △ eiuſdem ♄, & cum illo declinabat, atque cum ☿.

♃ æquidiſtabat ab æquatore cum ♂, qui ♂ erat in parallelo obliquo cum ♄,

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. Re
♄ 2.35 A	10. 54 S		
♃ 0. 6 S	23. 26 A		
♂ 0.16 A	22. 36 A		
☉	23. 31 A	26. 19	
♀ 0. 46 A	24. 8 A		
☿ 2.40 S	15. 4 A		
● 1. 36 S	12. 48 A		

diſtat enim ille ab occidente p.53.14, ♄ ab oriente p.57. 23, & huic aſpectui ♄ per primi mobilis motum applicabat. ♀ non communicabat cum ♃, immo illa à □ coſmico ♂ inducti qualitate ſaturnina per ſupradictum parallelum oſtendebatur; aberrat illa ab Aſcendente p. 22. 34, ♂ verò ab I.C. p. 23. 20; adde quod ad ſignificandam febrem ardentem, in Directione Planetæ erant ex parte in quadrantibus igneis Zodiaci, & mundi, ſicut in Reuolutione ♂ in igneo Zodiaci, ♃ in illo mundi.

Criſis tandem hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt ut ſupra, qui dat diſtantiam ☉ à 9. domo 2959, Arcus ſemid. Criſis eſt p. 3821, ergo dat diſtan-

diſtantiam ☉ à 9. domo p. 1763, ſeù p. 29. 23, quibus additis loco Solis criſis proueniunt in 9. domo p. 28. 14. ♑. ☾ pariter declinabat cum ♄, & ☿ martiali cum eſſet ei coniunctus, eratque momento mortis in ⚹ ☉, quippe tunc temporis p. 24. 47. ♒ meabat. & ſic Sol ab illa reperiebatur offenſus, & à declinatione ♂, & licet declinaſſet etiam cum beneficis. ♀ tamen debiliter ♃ copulabatur quoniam illa erat fere extra ſuæ ſferæ actiuitatem, immo △ ♄ recipiebat, & cum ♂ declinabat. & ſi Sol applicabat ☌ ♃, ♃ quoque, ultra declinacionem ♂, properabat △ ♄; ùnde cum ☾ omnino à beneficis eſſet deſtituta, exauſto humore radicali, qui ab ipſo Luminare ſignificatur, criſis mortalis facta fuit.

CAROLVS II. MAGNÆ BRITANIÆ REX:




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.51 S	8. 35 A		
♃ 1.14 A	6. 28 A		
♂ 1. 3 S	16. 2 S		
☉	23. 1 S	32. 19	77. 19
♀ 2.40 A	11. 54 S		
☿ 1.57 S	25. 27 S		
● 0.57 A	19. 41 S		

EXPER. VII.

CArolus ſecundus Magnæ Britaniæ Rex, Caroli illius filius, qui eo nomine primus inter Anglos, primuſque in mundo ab inaudita ſubditorum proditione ferro damnatus extinctuſque fuit. ille inquam, qui nimia pietate eluceſcens, in populares locum calumniæ dedit, & imoderatam clementiam morte firmauit, clavumque infelicitatis, Regiæ ſtuardorum propriæ fixit, proſperitatis verò in filio, rotam, principiò fortuna, licet claudicans, deuoluit; Regioque animo huic conactui nitens, proditionis reliquias profligauit, Patriſve memoriam piè, (ut par erat) coluit, atque poſtliminio reſtituit, Regiamque Maieſtatem primæ venerationi erexit. tandem

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.44 S	8. 41 A		
♃ 1.20 A	8. 7 A		
♂ 1.11 S	12. 27 S		
☉	23. 15 S	32. 44	
♀ 3.44 A	14. 48 S		
☿ 0.51 S	20. 11 S		
☾ 5.13 A	8. 21 A		

dem ad extremum ſpiritum redactus, decurſum vitæ humanæ, curiculum, clariſſimo, religioſiſſimoque facinore, Catholicam Fidem ſcilicet, ſumma animi fortitudine, ambiente undequaque hæreſi, faſſus. Claudens mundo occulos, cœlo reclauſit, regnoque, in vitæ ſuæ occidente, exortum, à ſeculis demerſum, fidei lucis radios, expanſit.

Benefica igitur ♀ △ ♃ irorata in parallelo recto cum ☉ vitæ primordia aperuit materno ab utero, tempuſque verum ab æſtimatiuo correxit, diſcrepans per minuta 19. Aſt quia ♂ in Cœli parte 12. conſtitutus in exagono Solis culminantis, ideo proditiones exilia, atque occultas ſubditarum conſpirationes minabatur; eo magis quia ♄ deſcribebat □ coſmicum cum

ipſo

ipſo ♂, diſtat enim ille à 3. domo p. 6. 30, ♂ verò à 12. domo p. 6. 19, attamen ♃ in angulo ſeptimæ inimicos publicabat, atque victorem Regem faciebat; cum inductus qualitate venerea, validiſſimè per △ coſmicum ♄ reprimeret, aberrat ♃ à 7. domo p. 5. 45, ♄ à 3. domo p. ut ſupra.

Tandem mors ex apoplexia ſignificabatur, à platica ☍ ♄ cum ♀ atque à parallelo recto ☿ cum eodem ♄, elongatur ille à Culmine p. 28. 28, ♄ ab Imo Cœli p. 29. 12. & cum hic morbus proueniat, à quodam humido craſſiori in cerebro exiſtenti, qui dum communicatur mucoſo generi, ex improuiſo ſpirituum animalium motum ſiſtit, auferente omnes ſenſus.

Prima igitur quæ ſucceſſit omminoſa directio, & ferè extrema prò vita Regnoque, fuit illa, in qua Rex poſt Diadematis Scotiæ inaugurationem ſeſe caſui (nimis iuſtiſſimæ cauſæ fidens) unius prælij comiſit, ambitumque triplicis coronæ, anguſtæ admodum campeſtris arenæ, pauciſſimis horis perdidit, vixque ab iminenti paricidiorum immani perfidia miraculosè (duce Religione occulta) ſe ſubripuit, & infauſtam Patris fortunam ex limine ſalutauit, profugusque per Regnum, Galiam tandem appulit: vſque quo Cœli, Principuumque beneficijs, Regno denuo reſtitutus iuſtiſſimè ſuorum inimicorum delicta, vindicta expiauit.

Inter tot igitur diſcrimina, quæ pijſſimus Rex paſſus à ſuis inique fuit, duo primaria, ultra occubitum, refferemus, non quia reliquis Directiones noſtræ non correſpondeant; cum omnibus euentibus ſint ſimiles: ſed quia non omnia ex Hiſtorijs temporibus certis, atque locis inoteſcunt, tum etiam quia nimis tedioſa longaque calculatio eſſet.

Primæ verò ſupraſcriptæ Directionis hæc eſt operatio.

Arcus ſemid. Radicis eſt p. 7339, qui dat diſtantiam ☉ à 12. domo p. 3283, Arcus ſemid. Directionis eſt p. 7364, ergo dat diſtantiam ☉ à 12. domo p. 3294, ſeu p. 54. 54, quibus additis loco ☉ Directionis proueniunt in 12. domo p. 3. 29 ♍.

Sol ergo Culminans erat in ⚹ mundano cum ♂, diſtat ☉ ab 11. domo p. 25. 19, ♂ ab Oroſcopo p. 24. 28, ad oſtendendam proditionem, quia ♂ in duodecima, & exilium ob aſpectum violentum; fuit itaque repetitio Radicis, ibi autem Sol applicabat ⚹ cum ♂ in Zodiaco, hic autem in mundo; erat etiam ♂ ſaturnina qualitate inductus, quoniam exagonum ferè partillem deſcribebat.

Præterea ● in declinatione ♄ degebat prope centrum occaſus (quæ quidem ſituatio facit profugos), ♄ in 2. domo cum ● declinatione amiſſionem ſubſtantiæ prædicebat.


Attamen directiones omnino exitiales haud fuerunt, quia malefici ad libellam ferè à beneficis moderabantur, & primo?

Sol applicabat △ ♃ (in quo partillitatis aſpectû, incepit Rex mutare fortunã).

Secundo, ● declinabat cum ♃, & erat in ⚹ ♀. Rurſus, ſicut malefici de ⚹ interſe communicabant, ita benefici de potentiori aſpectû, nempe de □ coſmico, eleuatur ♃ à 6. domo p. 9. 27. ♀ à 9. domo p. 5. 21. Aſt quia Sol valide non deffendebatur, ſicut ●, ab infortunijs, ideo anguſtias Princeps optimus paſſus fuit. adde quod ♄ moderabatur à declinatione ♃, & ♂ ab illa ♀, licet hæc fuerit ſatis inefficax.

Digitized by Google

REVOLVTIO CASVS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 9 A	22. 34 S		
♃ 0. 49 S	20. 11 A		
♂ 0. 7. S	2. 38 A		
☉	23. 1 S		
♀ 2. 19 A	11. 53 S		
☿ 1. 42 S	24. 39 S		
☽ 3. 52 A	12. 58 A		

Clare in ſupraſcripta Reuolutione violentia diſcriminis apparet. quippe ☉ à ♃ per maleficos obſeſo, iniquorum Iudicum ſententia ſignificabatur, quæ à Parlamentarijs furore dementiaque ebrij, pronunciata fuit poſt prælium infauſtæ initum, præmijs ingentibus in Regium caput proclamatis. Siquidem ♂ apud Aſcendentem ⚹ ♃ offendebat, ♄ declinationis parallelo.

Porrò ☉ pariter à □ coſmico ♂ pulſabatur. aberrat enim ♂ à 12. cæli p. 26. 54. circiter, ☉ verò à 9. domo p. 28. 19. circiter. erat autem in 9. cæli à ♂ offenſus, & à ♄ coniuncto ☿ ex parallelo recto, declinat enim ♄ ab I. c. p. 13. 51, ☉ ab eodem angulo p. 12. 25. ideo exilium iterque coactum ſignificauit. Aſt quoniam ☽ valide erat deffenſa triplici ♀ radio, ſiqui-

dem

CRISIS CASVS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 0 A	21. 0 S		
♃ 0.30 S	20. 28 A		
♂ 1.20 A	20. 47 A		
☉	3. 52 S	26. 19	
♀ 1. 10 S	12. 11 S		
☿ 0.57 S	0. 45 A		
☽ 3.43 S	13. 53 S		

dem accipiebat eius ⚹ in Zodiaco, & □ in mundo, nam deflectit illa ab 8. domo p. 15. circiter. ☽ à 5. domo par. 13. circiter. tertio declinabat æqualiter cum ea ab æquatore, ſicque benefica ♃ □ fouebat, & ⚹ coſmico diſtat illa à 5. domo p. vt ſupra, ♃ à 3. domo p. 13. circiter. Attamen cum non eſſet ☉ à nullo beneficorum adiuctus ingenti periculo ſuccubuit.

Sed mirabilis cauſarum conſenſus patet in Criſi, quæ in loco conflictus celebrata fuit, cuius hæc eſt operatio.

Arcus ſemid. Radicis eſt p. 7339, qui dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 3355.

Arcus ſemid. Criſis eſt p. 5733, ergo dat diſtantiam Solis à 9. domo p. 2621,

ſeù

ſeu p. 43. 41. quibus detractis à loco ☉ Criſis emergunt in 9. domo p. 22. 50 ♋.

Obſeruandum enim eſt quomodo ♃ ſimiliter infrà infortunarum declinationes obſidebatur, & quomodo malefici dupliciter inter ſe communicabant, declinatione ſcil. atque △ partilli.

♂ verò ſimiliter in aſcendente □ coſmico, & Zodiacali ☉ pulſabat, deprimitur ☉ à linea m. c. p. 10. 48, ♂ ab aſcendente p. 12. circiter.

Similiter hic ● benefica erat ☌ ♀, & □ ♃, item declinatione eiuſdem ☿ adiuvabatur.

Significabat exilium, ac dignitatis amiſſionem, Sol obſeſſus in Culmine Cæli, & ♄ in 9. domo in △ ♂ ad aſcendentem. quid igitur lucidius experiri poſſimus?

DIRECTIO CASVS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 37 S	8. 56 A		
♃ 1. 31 A	8. 41 A		
♂ 0. 49 S	4. 19 S		
☉	18. 5 S	24. 16	
♀ 2. 49 A	20. 33 S		
☿ 5. 22 A	11. 13 S		
☽ 2. 29 A	14. 29 S		

EXPER. VIII.


ALterius (quæ ſucceſſit tempore ſupraſcripto, & quæ mihi inotuit) Directionis, hæc eſt operatio.

Arcus ſemid. Radicis eſt ut ſupra, qui dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. ut ſupra Arcus ſemid. Directionis eſt p. 6856, ergo dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 3134, ſeù p. 52. 14, quibus detractis à loco ☉ Directionis proueniunt in 9. domo p. 16. 42 ♊.

♃ obſeſſus à declinatione partilli ♄; & eius □ coſmico, diſtat ♃ à 5. domo p. 6. 58. ♄ à prima p. 8. 20. erat autem ♃ prope centrum quintæ, in plaga ☍ ♂, ideo à filio inſidias paſſus fuit, (cum domus quinta filios ſignificet ſecundum Auctores) & ſic ♃ obſeſſus ● de ✱ pulſabat, ferrebatur enim

● ad

REVOLVTIO CASVS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 59 S	16. 59 S		
♃ 0. 57 S	16. 39 S		
♂ 0. 8 A	3. 28 A		
☉	23. 1 S	32. 19	77. 19
♀ 2. 10 A	11. 25 S		
☿ 1. 54 S	25. 23 S		
☽ 3. 49 S	19. 13 A		

☽ ad □ coſmicum ♂, nam diſtat illa à 9. domo p. 33. 14. ♂ ab aſcendente p. 30. 13, quadratumque cum ☉ faciebat; aſt quia offenſiones in ſolem fortiter non perueniebant, quippe quod nullus maleficorum eum aſpiciebat, & cum ♀ declinabat, quæ adhuc non erat à △ ♄ corrupta, ideo conſpiratio euanuit.

Acceſſit Directioni omminoſa Reuolutio. nam ☉ in centro 12. domus, in ⚹ ♄, & ♃ martialis per ⚹, in ☍ ☽ coniunctus ♄ proditionem occultam ſignificabat, & à domeſticis, quia ☽ in centro 6. domus in △ ♄ corroborabat erat tamen Sol in ⚹ ♃, qui auxiliabatur à □ coſmico ♀, nam eleuatur ♀ ab 11. domo p. 8. 33, ♃ à 2. domo p. 7. 21.

Criſis non ponitur, quoniam diem habere non potui.

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄			
♃			
♂			
☉	17. 41 S	23. 43	
♀ 2. 15 A	21. 14 S		
☿ 5. 14 A	11. 6 S		
☽ 0. 54 A	19. 33 S		


EXPERIM. IX.

Demum huius tertiæ ultimæque Directionis, hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis ut ſupra, qui dat eamdem à 9. domo diſtantiam ut ſupra, Arcus ſemid. Directionis eſt p. 5823. ergo dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 1191, ſeù p. 51. 59, quibus demptis à loco ☉. Directionis reſultant in 9. domo p. 18. 17 ♊.

Moritur apoplexia ex humido craſſiori, in cerebro, ac ex motu ſenſuum improuisè ceſſante. Venus corrupta, & ☽, illa à □ ♂; & duplici △ ♄ in Zodiaco, & in mundo, nam ♀ eleuatur à 9. domo p. 7. 58. ♄ à prima deprimitur p. 7. 3 ☽ verò à □ coſmico ♂, diſtat ♂ ab 11. domo p. 13 8.

☽ a›

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 1.29 S	13.23 S		
♃ 1.20 S	7.38 S		
♂ 0.40 S	23.53 S		
☉	23.1 S		77.19
♀ 2.14 S	21.47 S		
☿ 1.23 S	24.19 S		
☽ 5.0 A	6.29 S		


☽ ab 8. cœli p.15.22. qui ♂ indnebat natura ſaturnina ex ipſo ♀ ſaturniæ □, communicabat etiam declinatione cum ☿ ad augendam humiditatem corruptam.

Præterea ☿ erat in ⚹ coſmico ☽ peſſimæ, diſtat ☿ à m.c.p. 14.5. ☽ ab 8. cœli ut ſupra, eratque iunctus ☉, ideoque ſpirituum ſuffocationem ſignificabat. Sol, ſic ☿ iunctus declinabat cum ☽ offenſa, ac platicum □ coſmicum cum ♄ deſcribebat aberrat ille à m.c.p. 10.20. ♄ à prima p.7.3.

In Reuolutione ♂ potentiſſime triplici radio ſolem pulſabat ☌, declinatione, & parallelo recto, nam æqualiter à m.c. ut clare videtur deflectuntur. ♀ ſimiliter recipiebat declinationem ♂, & ☽ △ ♄, & ⚹ ♂, ad oſtenden-

dum

CRISIS PRIMA CASVS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2.24 S	7. 54 S		
♃ 1.39 S	7. 13 A		
♂ 1.26 S	17. 5 A		
☉	13. 24 A	17. 55	
♀ 0. 32 S	21. 29 A		
☿ 3.35 S	8. 24 A		
☽ 2.52 A	18. 18 S		

dum humorem putridum, neque ſola ♃ declinatio poterat ☽ ab ambobus maleficis ſaluare. Præterea ſimiliter ☿ lædebatur à declinatione ♂, tum à ⚹ coſmico ☽ corruptæ, diſtat ☿ ab 11. domo p. 17. 23, i la à 9. cœli p. 14. 49. vnde omnia conſentiunt.

Criſis prima hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt ut ſupra, qui diſtantiam ☉ à 9. domo dat, ut ſupra, Arcus ſemid. Criſis eſt p. 4225, ergo dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 1977, ſeu p. 32. 57, quibus à loco ☉ criſis ablatis emergunt in 9. domo p. 21. 32 ♑.

Coripitur igitur apoplexia, ſed non extinguitur, duabus horis extra ſenſus iacens, uſque quo aperta colli vena, datoque vino Hermetico hora quarta

poſt

CRISIS SECVND. LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. &c.
♄ 2.25 S			
♃ 1.41 S			
♂ 1.25 S	17. 35 A		
☉	12. 1 A	15. 43	
♀ 0.20 S	20. 49 A		
☿ 3.33 S	10. 5 A		
☽ 1. 4 S	21. 34 S		

poſt meridiem loqutus fuit.

Verum quia morbus Apoplexiæ prouenit ex humido corrupto ad cerebrum, totum corpus reſoluens, (ut aliunde explicauimus) ex ♀, & ☽ offenſione prouenit.

Reperiebatur igitur ♀ in △ ♄, in Zodiaco, ac □ in mundo, eleuatur illa ab 8. domo p. 13. 41. ♄ à 5. domo p. 15. 37, rurſus recipiebat etiam ✶ ♂, cui applicabat.

☽ declinabat cum ♂, & ☿ qui erat in declinatione ♄ iunctus ſoli recipiebat etiam qualitatem ♂, quoniam ☉ in eius ✶ manebat, ſignificabat igitur ſpirituum impedimentum.

Verum

Verum quia ● non erat adhuc valide offenſa, neque ſol, ideo hac vice extinctus non fuit; adde etiam ♀ applicaſſe □ ♃, qui cum ♄ declinabat.


Succeſſit igitur ſecunda & ultima, quæ lethalis fuit, cuius hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis, eſt p. ut ſupra, qui dat diſtantiam ☉ à domo 9. ut ſupra, Arcus ſemid. Criſis eſt p. 4457, ergo dat diſtantiam Solis à 9. cœli p. 2192, ſeu p. 36. 32, quibus detractis à loco Solis criſis proueniunt in 9. cœli p. 22. 2 ♑.

Venus ergo magis acceſſit ad ✶ ♂, in ☍ ● quæ procedebat ad △ ♂, nam hora mortis quæ die 16. erga meridiem ſucceſſit, eadem eſt cum hora Criſis, nam ſuputata eſt die 15. horis 22. 54. p. m. nempe Radicis. unde eo momento ipſa ● erat in exquiſito △ ♂.

☿ erat in □ ♂, & in parallelo recto cum ●, diſtat ille à m. c. p. 16. 53. illa ab imo p. 14. 53. Sol erat ei coniunctus, & in eius declinatione.

♃ obſeſſus à declinatione ♄, atque à ♂ parallelo recto, diſtat ♂ à m. c. p. 73. 28. ♃ ab Imo cardine p. 74. 24, morabat etiam in △ ☿ offenſi, & per conſequens malignitates in ſolem diffundebat. præterea □ beneficorum debilis & iam tranſactus erat, at non profuiſſet, quoniam ♀ plus malignitatis gradus obtinebat, quam beneficentiæ, obſeruandum etiam fuiſſe tunc temporis, in parallelo recto cum ☿ martiali, deprimitur hic à m. c. p. 16. 53. ♀ ab eadem linea p. 12. 42, unde principalis læſio, ut in precedentibus prouenit ex humido corrupto, nempe ex ♀, & ● offenſa, ac ex ☿ læſione ♃, quoniam etiam cum ♄ declinabat, quod erat malum ad ſignificandum ſpirituum læſionem.

COM. IOANNES BAPT. OLIVERIVS VERO.




Lat. Plan.	Declin.	Diſt. Aſc.	Aſc. ℞.
♄ 0. 42 A	20. 4 A		
♃ 1. 20 S	8. 48 A		
♂ 3. 38 A	25. 52 A		
☉	19. 10 S	20. 44	123. 52
♀ 3. 1 A	19. 49 S		
☿ 3. 15 A	19. 32 S		
☾ 1. 13 S	21. 35 A		

EXPER. X.

Venus in parallelo recto cum ☉ tempus correxit, quod ab aſtimatiuo diſcrepat min. 29, erat etiam ipſe Sol in ⚹ coſmico, ♃ diſtat Sol à 5. domo p. 4. 44, ♃ à 7. domo p. 6. 56, & in ⚹ coſmico ♀, aberrat ♀ ab I. C. p. 22. 37; Sol à 6. dom. p. 24. 14, unde erat ſatis in primordijs defenſus. Aſt quoniam ♀ declinabat cum ♄, & etiam cum illo Sol ex ☍ aſpectum faciebat, qui ♄ □ coſmicum ♂, octauam poſſidentis in ♃, diſtat ♄ ab 11. domo p. 7. 5; ♂ ab 8. domo p. 10. 10, ideo ut dixi morbo in genitalibus extinctus fuit.

Directionis ergo hæc eſt operatio. Arcus ſemino: Radicis eſt p. 4152, qui dat diſtantiam ☉ à 4. domo p. 1360; Arcus ſemino: Directionis eſt p. 4487,

DIRECTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0.43 A	20. 57 A		
♃ 1. 8 S	11. 21 A		
♂ 2. 3 A	25. 26 A		
☉	5. 6 S	15. 43	
♀ 0. 10 A	17. 49 A		
☿ 0. 20 S	0. 13 A		
☽ 4. 53 A	27. 8 A		

ergo dat diſtantiam ☉ à 4. domo p. 1470, ſeù p. 29. 36, quibus demptis à loco ☉ proueniunt in 4. cœli directionis p. 22. 30 ♌.

Sol ergo applicabat □ ♂, & à beneficis nullo aſpectù erat adiuctus, immo in parallelo recto cum ♄ erat, elongatur ☉ ab I. C. p. 24. 38, ♄ à m. c. p. 21. 43; ♀ cauſa morbi erat adhuc in declinatione ♄, & △ coſmico ♂, aberrat illa à 3. domo p. 6. 19, ♂ à 7. domo p. 2. 29, qui ♂ faciebat ✶ coſmicum cum ipſo ♄, diſtat ♄ à culm. ut ſupra, ♂ ab 8. domo p. 21. 8, vnde ambas qualitates in ♀ transferebat per dictum △ coſmicum. præterea ☽ erat adhuc in △ ♄ & applicabat ✶ ♀, in exquiſito autem ipſius ☽ △ cum ♄, incepit ægrotare, faciebat etiam tempore mortis □ coſmicum cum eodem malefico, diſtat ☽ à 5. domo p. 13. 49. ♄ ab 8. domo p. 15. 37. ☿

male

REVOLVTIO CASVS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 10 S	4. 53 A		
♃ 1. 24 S	24. 24 A		
♂ 3.47 A	24. 24 A		
☉	19. 25 S		123. 52
♀ 1. 24 S	19. 25 S		
☿ 0. 43 A	21. 44 S		
☾ 3. 56 A	11. 49 S		

maleficus erat quia in △ ♄.


In Reuolutione Sol erat in ✱ coſmico ♄, diſtat enim ☉ à 12. domo p. 6. 8. ♄ à 2. domo p. 9. 6, & ♂ cum de △ offendebat cui aſpectui applicabat.

Præterea ☾ in □ ♀ pulſabatur △ ♄ ad morbum ſignificandum, recipiebat etiam ♀ in centro 12. domus conſtituta △ ♂ licet non partilliter.

♃ Luminaria non iradiabat, niſi ♀ declinatione ſolem, quæ cum eſſet corrupta non potuit vitam fouere, immo cauſa morbifica fuit.

Criſis hæc eſt operatio Arcus ſemino: Radicis eſt p. 4152, qui dat eandem diſtantiam ☉ à 4. domo ut in directione, ergo Arcus Criſis qui eſt p. 6972 dat diſtantiam Solis à 4. cœli p. 2284, ſeu p. 38. 4, quibus demptis à loco Solis emergunt p. 26. 53. ☾ in I. C. criſis.

BARTHOLOMÆVS DE BAGAROTIS NOB. PAT.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 2.17 A	6. 2 S		
♃ 0.37 A	18. 36 S		
♂ 2.19 S	21. 12 S		
☉	4. 48 A	4. 55	358. 5
♀ 0.51 A	12. 52 A		
☿ 0.46 S	10. 36 A		
☽ 5.13 S	15. 0 A		

EXPERIM. XI.

IVpiter in parallelo recto apparenti cum ☉ tempus correxit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat per min. 6. tantum, fuit cauſa benefica, quia etiam in □ ♀ erat, & ☉ à declinatione ♄ atque à △ ♂ deffendebat, attamen à ſanguinis ſuffocatione mors minabatur, quoniam etiam ♀ ☌ ☿ martialis per △ applicabat, qui planeta à ♂ offenſus impedimentum ſpirituum, ex ſanguinis profluvio à vena tracta ſignificauit. Adde ſolem fuiſſe in △ coſmico eiuſdem ♂, declinat à 3. domo p. 4. 24; ♂ à 7. domo p. 2. 4.

Directionis ergo hæc eſt operatio Arcus ſemino: Radicis eſt p. 5695, qui dat ☉ diſtantiam à 2. domo p. 3151. Arcus Directionis eſt p. 4614, ergo dat di-

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞
♄ 2.16 A	7. 44 S		
♃ 0.31 A	20. 30 S		
♂ 1.53 S	24. 1 S		
☉	12. 33 S	13. 6	
♀ 1.33 A	1. 49 S		
☿ 1.11 A	7. 43 S		
● 1. 50 A	6. 38 A		

diſtantiam ☉ à 2. domo p. 2553, ſeù p. 42: 33, quibus demptis à loco ſolis emergunt p. 20. 27. ♓ in domo ſecunda.


Sol adhuc in ☌ ♄ degebat (laborauit antea per aliquot annos) ſine ullo beneficorum aſpectù.

● erat in △ ♂, & ♄ declinatione, ☿ læſus à ☌ ♄, & eius declinatione, & □ ♂ in mundo, aberrat ☿ à 3. domo p. 11. 50, ♂ à 7. domo p. 12. 20.

Præterea ♃ corruptus à ⚹ coſmico ♄, diſtat ♃ à 5. domo p. 9. 44, ♄ à 3. domo p. 8. 4. qui ♄ induebatur qualitate martiali, per comixtionem peſſimi ☿, ex quo ſignificabatur deffectus in ſanguine cum violentia, neque poterat ♀ auxiliari ♃ ⚹, cum eſſet extra illius aſpectus actiuitatem.

Sol

REVOLVTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 0. 48 A	22. 43 S		
♃ 0. 52 A	14. 14 S		
♂ 0. 58 A	4. 26 A		
☉	4. 48 A		358. 5
♀ 0. 18 S	16. 5 A		
☿ 2. 9 A	7. 41 A		
● 1. 9 S	17. 42 A		

Sol in Reuolutione erat ☌ ♂, & ♂ ☿. rurſus ☉ applicabat □ ♄.
● erat in △ ♂, qui ♄ induebat natura ♄ per coſmicum □, diſtat ♄ ab 11. domo p. 7. 33; ♂ verò ab 8. domo p. *6.9;* Sol à beneficis non aſpiciebatur, neque ſola ♀ declinatio poterat ● à maleficis deffendere.
Morbus ſignificatur, ex ♃ ⚹ eum ☿ martiali, qui ♂ alterius malefici naturam aſſumebat per ſupradictum □ coſmicum.
Criſis autem, hæc eſt operatio. Arcus ſemino: Radicis eſt, ut ſupra, qui dat diſtantiam Solis à domo 5. p. 3048, Arcus ſemino Criſis eſt p. *6959,* ergo dat diſtantiam Solis à 5. domo p. 37*16,* quibus additis loco Solis criſis proueniunt in 5. domo p. 10. *16* ♓.

Sol


CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0.23 A	21. 42 S		
♃ 0.36 A	21. 15 S		
♂ 2.51 S	5. 34 S		
☉	23. 16 A	25. 59	
♀ 1.41 A	20. 23 A		
☿ 1. 10 S	20. 53 A		
☽ 1.27 A	3. 28 S		

Sol declinabat cum ♄, & erat in △ coſmico ♂, aberrat Sol à 3. domo p. 12. 49, ♂ ab 11. domo p. 10. 26. ♃ abſceſſus à declinatione ♄ martiali per ⚹, & ☿ erat eidem ♄ oppoſitus ideo ſuffocationem ex ſanguine ſignificabant. ☽ erat in declinatione ♂, & △ ♄ applicabat in 6. domo; & fortaſsè momento mortis partillem aſpectum faciebat. ♀ igitur ſola ſua declinatione non potuit ♃ auxiliari, propter radios maleficorum repetitos in eum. Adde infortunia ſimul per ⚹ communicaſſe, quod non faciebant benefici.

PETRVS FRANC. BRAIDA NOB. VERON.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 5 A	21. 23 S		
♃ 1. 12 S	12. 56 A		
♂ 1. 10 S	15. 31 A		
☉	21. 15 A	23. 20	296. 46
♀ 0. 40 S	22. 51 A		
☿ 0. 7 A	23. 15 A		
☽ 2. 26 S	25. 10 S		


E X P E R. X I I.

SOl in centro occidentis tempus coripuit, quod à dato diſcrepat per min. 16, non erat omnino beneficus: attamen ♀, & ☿ iouia qualitate inducti per ✶, ſuis declinationibus eum adiuvabant. quamobrem non vixit niſi ſupra ſcriptos annos. moritur ex abſceſsu putrido in inteſtinis. hoc autem minabatur ab ☍ ♄ ad ♀ eiuſque declinatione, atque ex ☉ ♂ cum illo.

Succeſſit ergo lethalis directio, cuius hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Solis Radicis eſt p. 4000, qui dat diſtantiam eiuſdem à 5. domo p. 4220, Arcus ſemid. Directionis eſt p. 4494, ergo dat diſtantiam ☉ à 5. domo p. 4741, ſeu p. 79, 1. quibus demptus à loco Solis directionis emergunt in 5. domo

S p. 29.

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.		Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞
♄	1. 9 A	22. 23 S		
♃	1.16 A	15. 51 A		
♂	1. 2 A	11. 29 A		
☉	. . . .	15. 14 A	13. 6	
♀	0. 22 A	20. 12 A		
☿	1.32 A	17. 2 A		
☽	1. 28 A	7. 35 S		


p. 29. 50 ☊.

Venus ergo morbi ſignificatrix in declinatione adhuc ♄ erat, & ☽ in ⚹ eiuſdem malefici, quòd Luminare augebat humidum ex putrido, ex communicatione □ cum ♀.

Sol duplici △ ♄ lædebatur in Zodiaco cui applicabat; erat etiam in ☌ ☿. neque ſola ♃ declinatio ſufficiebat, quoniam ſola, & ♃ non communicabat cum altero benefico, malefici vero ſimul communicabant, nam ♂ diſtat à 9. domo p. 13. 26. ♄ à 12. cœli p. 14. 31, unde etiam qualitatem ♂ Sol accipiebat ex △ ♄ martialis. ☽ ultra ⚹ ♄. recipiebat etiam ⚹ commcum ♂, differt illa à m. c. p. 4. 37, ♂ ab 8. cœli p. 6. 39.

Pari-

REVOLVTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞.
♄ 2. 38 A	3. 18 A		
♃ 1. 32 S	5. 32 A		
♂ 0. 13 S	18. 13 S		
☉	21. 15 A		
♀ 1. 46 A	14. 37 A		
☿ 0. 22 S	16. 41 A		
● 5. 0 A	27. 25 A		

Pariter in Reuolutione eiuſdem anni ♀ ab ambobus maleficis lædebatur, primo à □ platico ♂, & eius parallelo obliquo, diſtat illa ab aſcendente p. 47. 33, ♂ vero ab occidente p. 47. 17.

☉ recipiebat ⚹ ♄, & △ ♂ atque eius □ coſmicum, aberrat Sol à 2. domo p. 23. 25, ♂ à 6. domo p. 23. 43. ● erat in parallelo recto cum ♄, deflectitur illa à m. c. p. 35. 59, ♄ ab I.C. p. 39. 20. rurſus recipiebat ⚹ ☿ martialis per declinationem, communicabatque ipſa ● cum ſole corrupto per coſmicum ⚹, declinat ● ab 11. domo p. 16. 23, Sol vero ab aſcend. p. 16: 43. ſolus ♃ ſuo ⚹ non poterat ambas qualitates maleficas moderare, ne-

PETRVS BONVS PATRICIVS VENETVS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 7 A	22. 14 S		
♃ 0.51 S	19. 39 A		
♂ 0.35 A	7. 19 A		
☉	22. 47 S	25. 20	105. 0
♀ 1.21 A	20. 14 S		
☿ 4.40 A	16. 52 S		
☾ 4. 3 A	15. 6 A		

EXPERIM. XIII.

VEnus Iouia per ☍, & declinationem, in parallelo recto cum ☉ tempus ortivum ſignauit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat per minuta 11. eoque momento vitam fouebat ac deffendebat Solem à læſione ex ♂, & declinatione ♄, qui □ ♂ recipiebat. verum quia offenſiones graues erant, ideo vitam breuem prognoſticarunt.


Moritur. febre maligna cum puſtulis, à maligno humido putreſcenti enaſcente, ut in Directione clare patet. Cuius hæc eſt operatio.

Arcus ſemid. Radicis eſt p. 6920, qui dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 3355,

Arcus ſemid. Directionis eſt p. 6437, ergo dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 3121.

DIRECTIO LETHALIS.

125. 32



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. &c.
♄ 0. 2 A	21. 40 A		
♃ 0.45 S	19. 39 A		
♂ 1. 3 A	14. 11 A		
☉	16. 16 S	17. 17	
♀ 0. 57 S	20. 39 S		
☿ 0. 12 S	20. 39 S		
☽ 5. 7 S	21. 53 S		

3121, ſeu p. 52. 21, quibus demptis à loco Solis Directionis proueniunt in 9. domo p. 23. 26 ♊.


Sol ergo peruenit ad parallelum rectum cum ♄, aberrat enim ille ab angulo m. c. p. 12. 13. ♄ verò p. 11. 11, & tangebat ♂ declinationem.

♀ autem, ad putredinem ſignificandam, properabat ad ♄ ☌, atque cum illo declinabat, trinumque coſmicum cum ♂ faciebat, elleuatur illa à m. c. p. 15. 56. ♂ à 2. domo p. 16 21. unde ſola ♃ declinatio non poterat ſaluare, eo magis, quoniam Luminaria non aſpiciebat.

☽ ad octauam in ♓ ♀ laſæ augebat humiditatem, quæ manebat in exquiſito ♄ ab æquatore parallelo, omneſque maleficentias in ☉ □ fundebat.

In

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. Re.
♄ 1. 0 S	23. 13 S		
♃ 0. 56 S	22. 42 S		
♂ 0. 49 A	9. 30 A		
☉	22. 47 S		
♀ 1. 36 A	20. 29 S		
☿ 1. 1 A	18. 2 S		
☾ 4. 59 S	17. 30 A		

In Reuolutione, Sol erat iunctus ♄, & cum illo declinabat, qui ♄ ☐ ♂ recipiebat. Aſt ♀, & ♃ declinationibus fouebant; & ☾ ☍ ♀ Iouia in angulis, manebat. ideo mors uſque ad huius Reuolutionis finem retardata fuit, quod maximum eſt huius ſcientiæ experimentum.

Criſis (quæ iuxta Corcyram, vel prope eas circumfuſas inſulas ſucceſſit) hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt p. ut ſupra, qui dat diſtantiam Solis

CRISIS LETHALIS:




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 29 S	13. 11 S		
♃ 1. 18 S	7. 20 S		
♂ 0. 45 S	24. 13 S		
☉	23. 28 S	19. 6	
♀ 2. 0 S	18. 30 S		
☿ 0. 11 S	22. 16 S		
☽ 1. 29 S	20. 19 S		

Solis à 9. domo vt ſupra, Arcus ſemid. criſis eſt p. 6546, ergo dat diſtantiam ☉ à 9. domo p. 2952, ſeu p. 49. 12, quibus demptis à loco Solis proueniunt in 9. domo Criſis p. 6. 41. ♉. Sol erat ☌ iunctus in ⚹ coſmico ♄. diſtat Sol à M. C. p. 15. circiter, ♄ à 12. p. 12. circiter.

☽ forſan tempore mortis iungebatur ♄, quoniam poſt horas Criſis euenit. benefici Luminaria non aſpiciebant, ideo natura ceſſit.

EX.

MARCH. IOA. ANT. DE DOCT. NOB. PAT.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 23 S	7. 5 S		
♃ 1. 2 A	18. 16 S		
♂ 1. 19 S	22. 20 S		
☉	23. 20 S	26. 4	
♀ 0. 47 A	22. 1 S		
☿ 1. 42 S	23. 6 S		
☾ 4. 49 A	2. 0 S		

EXPERIM. XIV.

IVpiter in parallelo recto cum ☉ cauſa impulſiua originis fuit, tempuſque correxit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat min. 55. non ſol erat in ☌ declinatione, & ☿, declinabat etiam cum ♀. Aſt quia ♀ erat in □ ♄, & ☾ (licet debiliter) in eius ☌, ſignificauit breuem vitam, moritur ex ſanguinis infectione, ex ⚹ ♃ cum ♂, & △ platico ♄, quod ſi ♀ ſua declinatione tunc temporis non adiuuaſſet, nec momentum quidem vixiſſet.

Directionis hæc eſt operatio. Arcus ſemidiurnus Radicis eſt p. 6964, qui dat diſtantiam ☉ à domo 11. p. 4371. Arcus ſemid. Directionis eſt p. 6701, ergo dat diſtantiam Solis ab 11. domo p. 4206, ſeu p. 70. 6, quibus detra-

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞
♄ 2.18 S	6. 11 S		
♃ 1. 2 A	20. 18 S		
♂ 1.34 S	18. 41 S		
☉	19. 57 S	21. 41	
♀ 0. 22 S	22. 45 S		
☿ 3.18 A	10. 16 S		
☽ 3. 38 A	7. 25 S		

ctis à loco Solis directionis proueniunt in domo 11. p. 21. 9 ♉.


Sol repetebat declinationem ♂, & eius corpori applicabat, eratque in ✱ coſmico ♄ diſtat Sol à 2. domo p. 18. 57. ♄ ab I. C. p. 19. 16.

☽ declinabat cum ♄, & præceſſit eius coniunctio, ideo per aliquot tempus laborauit, & non perfectam ſalutem anno anteacto obtinuit.

♃ ob ſanguinis infectionem erat læſus; quippe quod declinabat cum ♂, & erat in ✱ ☉ peſſimi, & in □ ☽ ſaturniæ; ſola platica ♀ declinatio non ſufficiebat, tum quia etiam illa ✱ ♄ recipiebat, tum quia Luminaria non aſpiciebat.

Similiter in Reuolutione ♃ obſeſſus reperiebatur, à declinatione, ſcilicet, ♄ &

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞.
♄ 0. 3 A	21. 4 S		
♃ 0. 7 A	22. 24 S		
♂ 0.20 S	0. 59 S		
☉	23. 20 S		97. 28
♀ 3. 5 A	20. 14 S		
☿ 1.16 S	23. 8 S		
☾ 4. 55 S	16. 29 A		


♄ & □ ♂ ; præterea malefici ſimul de ✶ in Zodiaco & in mundo communicabant, diſtat ♄ ab Aſcend. p. 4. 44, ♂ ab I. C. p. 2. 58.

Sol declinabat cum ♃ corrupto, & ♄ . ♀ non poterat adiuvare, tum quia nimis in firma eius coniunctio cũ ſole eſſet propter latitudinem, tum quia magis cum ♄, quam cum ♃ declinaſſet. ☾ erat in ☍ ☿, qui declinabat cum ♃ læſo, & Sole offenſo.

Pariter in Criſi, cuius hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt ut ſupra, qui dat diſtantiam ab 11. domo p. ut ſupra, Arcus ſemid. Criſis eſt .6215, ergo dat diſtantiam Solis ab 11. domo p. 3901, ſeu p. 65. 1, quibus detractis à loco Solis Criſis emergunt in 11. domo p. 29. 13, ♐. Sol declina-

 bat,

CRISIS LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. &c.
♄ 0.24 S	20. 34 S		
♃ 0.23 S	23. 13 S		
♂ 1.15 A	12. 53 S		
☉	12. 59 S	13. 35	
♀ 0.54 A	12. 27 S		
☿ 1.30 S	8. 12 S		
☽ 5. 0 S	15. 40 A		

bat, & erat in ☌ ♂, ut in directione, & □ ♄ mundano, diſtat enim Sol à 2. domo p. 20. 6, ♄ à 7. domo p. 20. 7, & per conſequens, ♀ erat corrupta à ☌ ♂, & eius declinatione ac △ coſmico ♄, nam Sol ♂, & ♀ manent in eodem aſpectu cum ♄ in mundo, quia ſimul erant coniuncti. ♃ quoque à □ coſmico ♂ offendebatur, aberrat ♃ à 5. domo p. 14. 19. ♂ à 2. domo p. 13. 29, & à ♄ platica declinatione; ſed melius ♄ erat martialis per □ in Zodiaco, & △ in mundo ut diximus, unde peſſimas qualitates multoties repetitas in ſe malefici habebant.

☽ erat in tempore Criſis in △ ♄ martialis, & momento mortis in □ coſmico eiuſdem, deſcribebat enim eo tempore p. 6. 33. ♃, ergo à 9. domo diſtabat p. 12. 11. ♄ verò à 6. domo p. 10. 55. quid igitur clarius?

Digitized by Google

ANTONIUS DE NOLIS PATAVINUS.




Lat. Plan.	Declin.	Dist. Asc.	Asc. R.
♄ 2. 35 S	7. 57 A		
♃ 0. 54 S	13. 28 S		
♂ 1. 28 A	19. 17 S		
☉	9. 9 S	9. 26	158. 17
♀ 0. 50 S	17. 25 S		
☿ 0. 31 A	0. 6 S		
☽ 4. 59 S	12. 45 A		

EXPER. XV.

IVpiter in parallelo recto cum ☉ tempus ſignauit, quod à dato diſcrepat min. 13, multumque vixiſſet niſi benefici ſimul cum maleficis communicaſſent: nam ♃ erat in partilli ⚹ cum ♄, & ♀ declinabat cum ♂, & eiuſdem ⚹ coſmicum recipiebat, deflectit enim illa à 12. domo p. 1. 30, ille à m. c. p. 0. 53, deſcribebat etiam □ coſmicum alterius malefici, quoniam ♄ diſtat à 3. domo p. 0. 31, illa à 12. domo ut ſupra, ideoque mortem ex morbo tabido, humoribus putreſcentibus propter nimiam totius corporis maciem, prædictæ conſtellationes ſignificabant. Adde ☽ fuiſſe in oppoſitione ♀, ſuſtentabatur tamen à ♃ declinatione.

Suc-

DIRECTIO LETHALIS.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. &c.
♄ 2.35 S	8. 41 A		
♃ 0.58 S	11. 59 S		
♂ 1. 6 A	21. 22 S		
☉	1. 13 S	1. 14	
♀ 1.25 S	9. 6 S		
☿ 3.39 A	12. 22 A		
☽ 0.58 S	14. 42 A		

Succeſſit igitur lethalis directio, cuius hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt p. 5966, qui dat diſtantiam ☉ ab 11. domo p. 3326, Arcus ſemid. Directionis eſt p. 5474, ergo dat diſtantiam ☉ ab 11. domo p. 3057, ſeù p. 50. 57, quibus demptis à loco Solis directionis proueniunt in 11. domo p. 6. 0 ♌. Optimè igitur correſpondent conſtellationes morbificæ qualitati nam ♀ à declinatione ♄, & □ ♂, & ✱ coſmico ♄ lædebatur, aberrat enim illa à 12. domo p. 4. 59. ♄ vero à 2. domo p. 6. 31.

☽ in ✱ & declinatione ☿ Saturnij per ☌ augebat ſuperfluitatem putridi humoris, atque maciei, & erat in □ coſmico ♂, declinat ♀ ab aſcend. p. 19. 36, ♂ à m. c. p. 16. 38, ideo ☽ ipſam ♀ de □ aſpiciebat. Sol pulſabatur

à □

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 0.30 A	21. 45 S		
♃ 0.43 A	21. 38 S		
♂ 0.44 S	22. 58 S		
☉	9. 9 S		158. 17
♀ 1.20 A	8. 41 S		
☿ 1.53 A	8. 3 A		
☽ 2.36 S	10. 15 A		


à □ coſmico ♂, elongatur Sol à 12. domo p. 21. 46, ♂ à 9. domo p. 20. 44, & ✶ coſmico ☽ læſæ, diſtat illa à 2. domo p. 19. 10. ille à 12. ut ſupra. ♃ nullos adiuvabat niſi ☿ platica declinatione Luminaribus deſtitutis.

In eiuſdem anni, & pene horæ Radicis, Reuolutione, malefici iuncti obſidebant ♀ ex ✶ coſmico, quippe ♂ diſtat à 12. domo p. 19. 6, illa à 2. domo p. 20. 4, & per conſequens etiam, Solem, nam diſtat à 2. domo p. 18. 0.

Similiter ☽ augebat putreſcentem humorem, ſuo ✶ ad ♀ & Solem, amboſque maleficos per △, coſmicum aſſumebat, deflectit illa à 3. domo p. 12. 56, malefici ab 11. domo p. 13. 8.

♃ obſeſſus à declinatione maleficorum, ſine ♀ præſentia, aut auxilio ſangui-

IOANNES ANTONIVS MORVS PATAV.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 20 S	8. 28 A		
♃ 0. 50 S	13. 19 S		
♂ 1. 20 A	19. 33 S		
☉	8. 26 S	8. 41	160. 5
♀ 0. 48 S	16. 38 S		
☿ 1. 6 S	0. 28 S		
☽ 4. 35 S	5. 33 A		

EXPERIM. XVI.

IVpiter cauſa originis huic Nato fuit, & ferè omnes cauſas, quas ſupraſcriptus habuit, & hic obtinuit (differentia in aliquibus fuit) nam hic moritur ex febre maligna cum puſtulis, ſeu potius veruis, ac morbillis, ex lue, ut reor, quæ puſtularum ſpecies febres malignas generant;& cum hoc oriatur ab excellentiori quadam putredine, orta ab inſigni, & maligno humido putreſcenti, ideo ad ipſam ♀ læſam, ut horum morborum cauſas qui ex putredine enaſcuntur, recurrendum eſt. Aſt quia veruarum ebulitiones, proueniunt ab intimo calorifico efluvio, ad cutem, exeuntes, propter hoc etiam in aliquibus diſcrepat hoc ab ſupraſcripto exemplo. Quippe ♃

DIRECTIO LETHALIS:




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞.
♄ 2.17 S	9. 6 A		
♃ 0.52 S	12. 49 S		
♂ 0.57 A	21. 22 S		
☉	1. 10 S	1. 11	
♀ 1.20 A	8. 59 S		
☿ 2.29 A	11. 21 A		
● 0. 5 A	16. 10 A		

hic in radice occurrebat □ duplex ☉ cum ♂, in Zodiaco, & in mundo; diſtat Sol ab aſcend. p. 0. 56. ♂ à m. c. p. 0. 29. Præterea ● in ☍ ☉ in- platico □ ♂ augebat calorem deſtructivum, in altero humidum putreſcentem, quoniam in ☍ ♀ læſæ erat.

Directionis igitur hæc eſt operatio. Arcus ſemin. Radicis eſt p. 4879, qui dat diſtantiam ☉ à 3. domo p. 2935; Arcus ſemin. Directionis eſt p. 5329, ergo dat diſtantiam ☉ à 3. domo p. 2310, ſeu p. 53. 30, quibus additis loco Solis directionis proueniunt in 3. domo p. 20. 35 ♒.

Hic ergo, ultra eaſdem cauſas, quæ in altero exemplo occurrebant, ☿ maleficus parallelum obliquum cum ♃ faciebat, elongatur ♃ ab aſcend. p. 26.

REVOLUTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Asc.	Asc. R.
♄ 1.35 A	22. 54 S		
♃ 1.34 A	2. 12 S		
♂ 0.19 S	23. 43 S		
☼	8. 26 S		160. 5
♀ 0.24 A	19. 34 S		
☿ 0.36 A	2. 1 S		
● 4.38 S	6. 8 A		

54, ☿ ab eadem linea p. 25. 3, & ſimiliter ✳ coſmicum, diſtat ♃ à prima, ut ſupra, ☿ à 3. domo p. 27. 24, & cum illo declinabat.

Præterea ♄ magis accedebat ad ✳ ♃, ideo illius calor minuebatur.


In Reuolutione ● offenſa à △ ♂, qui declinabat cum ♄, ambas qualitates maleficas in Solem, ex ☍ vibrabat, atque declinatione: & hoc prò ſignificatione nimiæ fermentationis in calore.

Præterea ☼ habebat ✳ ♂ Saturnij, & ☿ □ ♄ martialis, quòd hæc conſtellatio ebulitiones ad ambientem expulſas ſignificabat.

Rurſus ♃ declinabat cum ☿ Saturnio, ut in directione, & □ ♂ tangebat.

Similiter in Criſi cuius hac eſt operatio. Arcus ſemin. Rad. eſt ut ſupra, qui

CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞
♄ 1.39 A	21. 42 S		
♃ 1.34 A	3. 24 A		
♂ 1.26 S	20. 18 S		
☉	13. 56 A	14. 39	
♀ 1. 36 S	1. 29 A		
☿ 0. 2 S	19. 11 A		
☽ 4. 1 S	2. 47 A		


eandem diſtantiam à 3. domo dat. Arcus ſemin. Criſis eſt p. 6279, ergo dat diſtantiam ☉ à 3. domo p. 3782, ſeu p. 63. 2, quibus additis loco ☉ Criſis proveniunt in domo 3. p. 6. 7. ♑.

Sol ergo habebat □ ♂, qui cum ♄ declinabat, ſicut in Revolutione, ☽ erat in declinatione ♃ obſeſſi à □ ♄ martialis.

♀ à ✶ ♂ Saturnij, malefici ſimul per declinationis parallelum communicabant, benefici nequaquam. Adde ☿ fuiſſe maleficum, quia cum infortunijs æqualiter ab equatore diſtabat, atque △ partillem cum ♃ deſcribebat.

Tempore ſeu momento mortis, ferrebatur ☽ ad □ ♄, & △ ☿ malefici, non jungebatur ♃ nam magnam latitudinem pollebat, unde non erat copula eſſi-

ANTONIVS DE CABALIS PATAV.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 17 S	18. 52 A		
♃ 1. 37 S	13. 11 A		
♂ 2. 25 S	23. 27 S		
☉	11. 7 S	11. 33	26. 51
♀ 7. 6 S	20. 45 S		
☿ 6. 6 S	13. 40 S		
☽ 4. 35 A	16. 18 S		

efficax ad euertendas maleficentias.

EXPERIM. XVII.

Venus in parallelo, ſemper apparenti, recto cum ☉ horas correxit; quæ à datis diſcrepant per minuta 32, declinabat enim ☉ cum ♃, unde eo momento à □ ♂ deffendebatur.


☽ verò ☍ ♄, atque in eius declinatione ſine beneficorum auxilio vitam breuem ſignabat.

Moritur ergo morbo acuto, ex ſanguinis feruentis ebulitione, hoc conijcitur in Directione, cuius hæc eſt operatio.

Arcus ſemid. Radicis eſt p. 6093, qui dat diſtantiam Solis à 6. domo p. 1720,

Arcus

DIRECTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1.18 S	19. 37 A		
♃ 1.35 S	14. 2 A		
♂ 2. 6 S	20. 49 S		
☉	17. 26 S	18. 39	
♀ 2.33 S	13. 7 S		
☿ 3.56 A	6. 17 S		
● 2. 51 S	19. 2 A		

Arcus ſemid. Directionis eſt p. 6519, ergo dat diſtantiam ☉ à 6. domo p. 1840, ſeu p. 30. 40, quibus demptis à loco Solis proueniunt in 6. domo p. 17. 58 ♈.


Sol itaque peruenit ad declinationem ♄ martialis triplici de radio, declinatione, △ in Zodiaco, & in mundo, aberrat enim ♂ à 9. cæli p. 26. 52, ♄ ab ortu p. 23. 10, vnde vnicus ♃ radius ſcil. oppoſitionis etiam ex defluxu non potuit Solem defendere.

● declinabat cum ♄ martiali, & cum ☉, ac in eius □ erat, neque à beneficis, niſi à debiliſſimo ✱ ♀ aſpiciebatur.

Præterea Sol erat in □ mundano cum ♂, aberrat ☉ ab 8. domo p. 17. 0, ♂

verò

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0. 24 S	20. 37 S		
♃ 0. 23 S	22. 17 S		
♂ 0.18 A	11. 27 S		
☉	11. 7 S		26. 51
♀ 1. 3 A	9. 57 S		
☿ 0. 20 A	4. 57 S		
☾ 1. 30 S	6. 19 S		

verò à Culmine p. 14. 8. vnde facta fuit mortalis directio propter maleficorum inter ſe repetitos radios.

In Reuolutione ☉ iunctus ♀ in 8. cœli, declinabat cum ♂, atque ambo ad □ ♄ quam citius properabant, unde ♀ ipſa corrumpebatur.


Similiter malefici ad inuicem de □ communicabant.

☾ licet platicè, & □ coſmicum ♂ ſaturnio deſcribebat deflectit illa à 12. cœli p. 10. 42; ♂ ab 8 cœli p. 6. 35; atque cum ♀ læſa declinabat, faciebat etiam æquidiſtantiam cum ☿ Iouio per □, attamen ſolus non poterat eam ſaluare.

Maxima quidem læſio ab infortunijs inter ſe communicantibus proceſſit.

Criſis

CRISIS LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 0.30 S	18. 42 S		
♃ 0.28 S	20. 38 S		
♂ 0.41 S	24. 24 S		
☉	20. 37 S	22. 31	
♀ 1. 33 S	15. 31 S		
☿ 2. 18 A	11. 3. S		
☽ 1. 18 S	16. 40 A		


Criſis hæc eſt operatio. Arcus ſemid. Radicis eſt ut ſupra, qui dat diſtantiam Solis à 6. domo ut ſupra, Arcus ſemid. Criſis eſt p. 6751, ergo dat diſtantiam ✵ à 6. domo p. 1907, ſeu p. 31.47, quibus demptis à loco Solis emergunt in 6. domo p. 26. 19 ♊.

☉ ergo ♄ opponebatur, atque cum illo declinabat.

✵ ♃ læſo iungebatur, copulabatur enim ♃ ♄, & cum illo declinabat, qui maleficus naturam alterius malefici recipiebat, quoniam parallelum obliquum cum illo deſignabat, eleuatur enim ♄ ab occaſu p. 15.24, ♂ ab eod. angulo p. 17. 5. Venus neminem aſpiciebat niſi declinatione ☉, quam non deffendebat, quia erat Saturnia, contra quem maleficum ſine auxilio ♃ non valet.

QVam facilis enim ſit ex prolatis experimentis certitudinem rectificationis noſtræ àgnoſcere, profectò apparet. Siquidem primi (ut iam diximus) non vixerunt, quoniam maleficam cauſam ab origine tenuere; Iſti verò aliquandiù, & aliqui eorum longæuo tempore, ſpiritus traduxerunt, prò ut magis beneficas ortiuaſque cauſas habuere, & Luminaria fortunarum radijs irrorata extitere. Deceſſerunt autem morte naturali, à diuerſis corporum morbis orta. Ideoque clarè etiam cauſæ illis correſpondentes in mortalibus periodis euenerunt. Neque ipſa Planetarum violentia in ijs agnoſcitur, ſicut in ſequentibus, qui morte non naturali periere, clareſcit; quamobrem dicendum ſequitur, quod omnes cœlorum cauſæ operantur ſecundum eorum mixtionem, ac proprias vires, à concauſis, vel repreſſæ, vel auctæ, vel aliquo alio modo alteratæ ſint; quæ cognitio cauſarum mixtionum cum difficilima in hac ſcientia ſit, plurimi ex hoc errores naſcuntur; cum nemo aſtrorum mixtionem intellexerit, niſi prius naturales differentias mixturaſque cognouerit. Porrò ſolis ſapientiſſimis hanc exactam ingenii ſubtilitatem contingere poteſt. Neque nos preſſumere audemus communi, ac labenti cæleſtium ſtudio, ſtatim ad illam cognitionem deuenire, ad quam pauci pluribus annis ac irrequieta ſpirituum in obſeruationibus naturalibuſque ſpeculationibus conſumatione, imenſoque propemodum mentis labore, defatigati peruenere: Igitur manifeſtè patet maximam difficultatem, in pronunciandis cauſarum inter ſe mixtarum effectibus, eſſe. Haud impoſſibile tamen erit, ſi omnes Planetarum naturæ, ad primas quatuor qualitates reducentur, & quæ nam in familiaritatibus, cæteris præualebit ſecundum eam ad iudicium proferendum deſcendere. Duæ tamen, calor, ſcilicet, & humiditas, utpotè in illis agi, & pati occaſio exiſtat, præ cæteris conſiderantur, quæ ſi altera earum deſtruatur, vel in imenſum ſuprà alteram augeatur, profectò facile erit effectus dignoſcere; in qua quidem conſideratione ſummum in hac ſcientia latet. Ptol. cent. 7.

QVÆDAM PVELLA COMBVSTA:




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 2. 54 S	10. 55 A		
♃ 1. 34 S	7. 57 S		
♂ 0. 29 A	12. 12 S		
☉	17. 34 S		44. 39
♀ 3. 20 S	26. 47 S		
☿ 1. 3 S	21. 38 S		
☽ 4. 0 A	8. 37 S		

EXPERIM. I.

Luna in parallelo recto cum ☉ tempus correxit, quod ab æſtimatiuo diſcrepat per minuta 11, erat autem malefica, quoniam cum ♄ declinabat, qui duplici, & potenti radio qualitatem ♂ recipiebat, per ☍ ſcil., & declinationem; neque ſola ♃ declinatio potuit adiuvare, quia Venereus non erat. tunc temporis etiam ☽ ſiclæſa ☉ de □ pulſabat coſmico; diſtat enim ☉ à 6. domo p. 3. 42. ☽ à 9. domo p. 1. 37., & tempore mortis reperiebatur in ⚹ ♄, & licet properaſſet ad ☌ ♃, attamen non fuit efficax propter magnam latitudinem.

Adde ♀ fuiſſe in □ ♂, & △ ♄, & ☿ in ⚹ ♂, vnde ab ipſo ♂ principalis læſio proueniebat, ideo combuſta fuit.

REVOLVTIO LETHALIS.



Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. ℞.
♄ 2.44 S	20. 11 S		
♃ 2. 0 S	2. 53 A		
♂ 1.33 S	10. 47 S		
☉	17. 34 S		44. 39
♀ 0. 45 A	14. 54 S		
☿ 2. 37 A	10. 42 S		
☽ 1. 15 S	21. 16 A		

In Reuolutione ☉ ♄ copulabatur, & ♀ cum illo, quæ ſola non reſiſtit malignitati ♄.


☉ erat in declinatione eiuſdem malefici, & △ ♂ applicabat, ac △ ☿ martialis duplici △ in Zodiaco, & in mundo, deprimitur ♂ à 9. domo p. 3. 37, ☿ à 5. domo p. 5. 91.

Præterea ☉ erat in △ coſmico ♄, nam diſtat illa ab aſcendente p. 9. 30, ♄ à 5. domo p. 8. 34, unde a tot malignitatibus non poterat niſi magnum diſcrimen enaſci.

EXPER. II.

Venus in parallelo recto cum ☉ tempus correxit, quod ab æſtimatiuo per min. 5. tantum diſcrepat, cauſa fuit benefica, quoniam à □ coſmi-

HIERONYMVS TRIVISANVS NOB. PAT.




Lat. Plan.	Declin.	Diff. Aſc.	Aſc. R.
♄ 1. 21 A	21. 37 S		
♃ 1. 39 S	1. 28 S		
♂ 1. 22 S	9. 46 S		
